



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sol Triplex In Eodem Universo

Hermann, Amand

Sultzbaci, 1676

Pars III. De Ortu, & Interitu.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95850](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95850)



PARS III.

TRACTANS DUOS LIBROS DE RERUM ORTU, AC INTERITU.

PROOEMIUM.

Sicut Libris de Cælo Aristoteles præmisit Auscultatorios, ita de Anima Libros de ortu rerum & interitu: Sicut etiam illi affectiones, & proprietates cum principiis in communi tractant, ita isti communes corruptibilis corporis affectiones, nempe mixtiones ex Elementis & primis qualitatibus, Alterationes, Augmentationes, Nutritiones & tandem, cui reliquæ subserviunt, generationem corporum, cum eorum corruptione; Unde principale & adæquatum objectum Attributionis horum Librorum est Generatio, minus principale omnes enumeratæ corporis generabilis affectiones. Unde refellitur sententia Alberti, qui statuit corpus simplex secundum potentiam generationis, seu, quatenus generat; quia Generatio hic tradita convenit generaliter omnibus, & quia prior est tractatio communium, quam particularium, Aristoteles autem in aliis Libris tractavit de particularibus generationibus, unde censendus est, hoc tractasse de generatione in communi. Rejicitur etiam Bannes afferens; Objectum esse Ens mobile ad formam substantialem; seu, ut ipsemet se explicat, ad solam generationem, per accidens de aliis: Refellitur, inquam, Tum; quia nusquam alibi ex proposito tractavit Aristoteles de Augmentatione per se; tum, quia t. 4. simpliciter proponit se tractaturum de Generatione, Augmentatione & Alteratione. Sunt autem hi libri duo, in quorum primo per priora quatuor capita agit de Generatione & Interitu, ac Alteratione: in reliquis vero de Accretione, Augmentatione & mixtione. In toto vero secundo occupatur in consideratione quatuor Elementorum, quatenus ex ipsis omnia alia generantur; Ego autem in tractatione hujus materiæ servabo Naturæ ordinem, & quia ad omnem Generationem Alteratio prærequiritur (Alteratio quædam accidentaliter Generatio dicitur) ad hanc autem qualitates prærequiruntur, utpotè cum non fiat, nisi in qualitatibus; Hinc primo agam de qualitatibus primis, hæ enim potissimæ sunt, quæ ad Alterationem, & ipsamet Generationem deserviunt; Postea de Elementis, deinde de Alteratione & mixtione, ac tandem de Generatione, & quæ eam consequuntur. Sitigitur

F. Amandi Hermann Physica.

Kkkk

DISPUTA.

DISPUTATIO I.

DE QUALITATIBUS PRIMIS EARUMQUE ACTIONE ET REACTIONE.

QUESTIO I.

Quid & quot sint Qualitates primæ?

I.
*Resolvitur
secunda pars.*

Communiter tenetur, quatuor esse qualitates primas, secundum quaternarium numerum Elementorum, & sunt *Calor, Frigus, Humiditas & Siccitas*; Quia non sunt plures assignabiles, ex quibus, in generatione mixtorum, alia fierent & ipsæ ex nulla, & sic resoluta est secunda pars Questionis, quæ minorem patiebatur difficultatem, & ideo prius expedienda erat: pro prima verò

II.
Quid sit qualitas prima?

Dico I. Qualitates primæ describuntur, quod sint illæ, quæ neg. ex se invicem, neg. ex aliis sunt, cæteræ verò qualitates sensibiles sublimares sunt ex ipsis:

Probatur: Quia omni & soli qualitati primæ, de qua hic agimus, descriptio convenit & sufficienter explicat naturam ejus. quatenus habet rationem primæ qualitatis, quia illarum nulla fit ex aliis qualitatibus; hoc est, quia nulla resultat ex commixtione aliarum qualitatum, hoc enim sonat fieri ex aliis, non verò produci ab aliis, vel ab aliis qualitatibus; lux enim caloris est productiva secundum vulgarem sententiam, nihilominus calor qualitas prima dicitur, quia non fit ex temperamento aliarum qualitatum, sive primarum, seu secundarum, & sic similiter Frigus, Humidus & Siccitas. Deinde ex harum commixtione fiunt omnes qualitates, quæ fiunt ex aliquarum attemperazione, color namque & sapor, & alia hujusmodi qualitates resultant ex attemperazione tum Caloris & Frigoris, tum Humiditatis & Siccitatis inter se, ita, ut sicut Entitas una vel altera ex his prædominatur qualitatibus, secundum ipsam magis quoque inclinet, hinc nimis calida nimis afficiuntur nigredine.

III.
*In duobus
consistit ratio
primæ
qualitatis.
Lux non est
qualitas prima.*

Consistit ergo ratio primæ qualitatis in his duobus, videlicet in eo, quod qualitates, quæ primæ dicuntur, non fiant ex aliarum attemperazione; & in eo, quod reliquæ qualitates ex ipsarum temperie resultent, sic lux non dicitur prima qualitas, quia, licet non fiat ex aliis qualitatibus, non tamen ex ipsa, cum alia attemperata resultat qualitas, alia in eodem subjecto in quo ipsa est. Similiter et si detur, colores medios resultare ex commixtione colorum, qui summè opponuntur & dicuntur extremi, nihilominus colores extremi qualitates primæ non dicuntur, quia ipsi ex commixtione aliarum qualitatum resultant. Neque ideo propriæ primæ qualitates non sunt Calor & Frigiditas, Siccitas & Humiditas, quia ex illis non oriuntur lux, sonus, impulsus &c. Quia hæ qualitates ex nullis aliis fiunt, & non est proprium primarum qualitatum, ut omnes qualitates, quæ primæ non sunt, ex illis fiant, sed, ut omnes, quæ fiunt ex commixtione aliarum & secundarum dicuntur, fiant ex illis, quod convenit quatuor qualitatibus assignatis, respectu omnium, quas agno-

Sonus, impulsus &c. cur non sint qualitates primæ?

scimus deservientes ad generationem sublimarium in ordine ad quam primæ qualitates definiuntur & primæ dicuntur.

Ex his inferes lucem, sonum, impulsivum & cæteræ potentias vitales, habitus intentionales, actusque potentiarum non esse qualitates primas, neque secundas; non primas, quia ex illarum commixtione alia non fiunt in eodem subjecto: non secundas, quia ex aliarum commixtione non resultant.

Hucusque de Qualitatum primarum, in communi, explicatione actum est, necesse itaque erit, easdem in particulari describere: Quod fecit Aristoteles lib. 2. de Generat. t. 8. & 9. dicens: *Calidum est, quod congregat homogenea & segregat heterogenea; Frigidum, quod congregat homogenea & heterogenea simul; Humidum, quod facile terminatur termino alieno, sed non proprio; Siccum, quod facile terminatur termino proprio, sed non alieno.* Quas descriptiones

Dico 2. Bonas esse. Probatur explicando eas & intelligendo taliter, quod scilicet calor sit Qualitas, cujus virtute homogenea & quæ sunt ejusdem rationis, adunentur, quæ verò sunt aliter rationis, dissolvantur; quod manifestè constat in liquefactione metallorum, ceræ, &c. nam aurum, verbi gratia, purgatur igne, quia omnes partes ejusdem rationis simul ununtur, & dissimiles separantur (ut scoria) & impiores partes à purioribus, item si cera habeat in se paleas, & lapides simul concretos in liquefactione lapides subsident in fundo, & paleæ supernatant, & in medio manet cera pura.

Frigus contra est Qualitas promiscue congregans homogenea & heterogenea simul, quod patet in aquæ congelatione, ubi videmus omnia in ea, cujuscuque sint generis & conditionis, simul uniri & hoc ideo, quia frigus frigidificando vim habet condensandi, & contrahendi & consequenter, quæ simul reperit, contrahit & condensat.

Humiditas est Qualitas reddens corpus difficile terminabile proprio termino, facile alieno, nam humiditas corpori affert fluiditatem quandam, quæ in causa est, ut corpus difficulter proprios terminos & figuram retineat, sed faciliter figuræ corporis continentis accommodetur, ut patet in aqua & aere.

Siccitas est Qualitas reddens corpus facile terminabile, termino proprio, difficile alieno, ut patet in lapide, ferro & terra &c. & hoc, quia siccitas quandam confert duritiem & consistentiam corpori, per quam resistit, ut alienæ figuræ accommodetur, & faciliter propriam retineat. Sed

Dices: Has definitiones nec esse à priori, nec à posteriori per effectus primarios; ergo non sunt bonæ. R. negando consequentiam, quoniam, quamvis qualitates secundarum se & absolute

absolutè consideratæ, per causas & effectus primarios describendæ essent, verùm cum in libris de Generatione non considerentur absolutè, sed ut principia mixtorum, hinc non tam rectè, prout huc faciunt, desinentur per effectus primarios, cum hos causent in generatione simplicium, sed describendæ erant per tales effectus, qui in generatione mixtorum maximè exercentur.

inter ea, quæ constringit, quædam partes crassiores, quædam tenuiores sunt, fit per accidens expressio tenuiorum, & earum à partibus crassis segregatio. Separatio verò illa partium sanguinis non à frigore provenire videtur, seu à calore, quem aliquamdiu servat sanguis è venis educens, quòd verò dum adhuc inclusus in venis manet sanguis, calor illius licet major, & intensior non segreget heterogenea, est, quia tunc est instrumentum animæ, cui subservit, quæ ex massa illa sanguinea omnes partes corporis nutrire, & in substantiam animalis venire intendit. Et idem videtur dicendum de urina, constat enim eam calidam emitti. Saxa, quòd nonnunquam frigore disrumpantur, est per accidens: Dum enim à frigore vehementius stringuntur aliqua lapidis partes, reliæ per accidens dissociantur. Ad ultimum respondeo: licet actiones primariæ per se non possint esse ab agentibus contrariis neque enim per se frigidificare calor, aut calefacere frigus potest, posse tamen secundariò & per accidens.

Dices 4. Non omni calori convenit congregare homogenea, neque omni frigori tam homogenea, quam heterogenea; patet, quia non quivis calor, nec quodvis frigus id præstant, sed hic requiritur magna eorum intensio & extensio, & tamen quivis calor, & quodvis frigus habet naturam caloris & frigoris. Respondeo calorem & frigus definiri non secundum actum, sed secundum aptitudinem, ita, ut sensus illarum definitionum sit: Calorem esse qualitatem, quæ naturâ suâ apta sit congregare homogenea & frigus qualitatem, quæ naturâ suâ apta sit congregare homogenea & heterogenea. Certa verò intensio & extensio qualitatum illarum requiritur non ad hanc aptitudinem, sed ad actum, ad superandam resistantiam passivæ, et si fortè dari possit aliqua pars caloris, aut frigoris tam remissa, ut per sola congregare non possit, factus est, quòd cum aliis conjuncta possit.

XIII.

Calor & frigus definiuntur non secundum actum, sed secundum aptitudinem.

Dices 5. Nec definitio siccæ & humidæ videtur constare: Non siccæ, quia ignis, arena, cinis, pulvis faciliè terminantur alieno termino, quàm vis sint sicca. Non etiam humidæ; quia humido recedente actu terminante statim admittunt terminationem, quam acceperunt. Deinde, quia pleraque mixta humidæ, ut metalla &c. in quibus prædominatur humidum aqueum, terminata sunt termino proprio, nec faciliè terminantur alieno.

XIV.

Explicatur magis quomodo definitiones siccæ & humidæ bonæ sint.

Ad hoc aliqui respondent, ignem faciliè quidem terminari alieno termino posse, non tamen propter siccitatem, sed propter tenuitatem, ac proinde id esse per accidens, quia videlicet ignis, licet sit siccissimus, non potest tamen siccitas in illo efficere, quemadmodum in mixtis, ut suam figuram retineat, & difficilè alieno termino terminetur, quia impeditur per calorem & magnam raritatem. Negant etiam aliqui, ignem faciliè terminari alieno termino; quia, si includatur, aut agendi acrimonia absorbit corpus continens, aut, si aliundè alieno termino cohibeatur, ut in furno undique occluso, porit. Quæ solutio placet Conimb. lib. 2. hic cap. 3. q. 3. a. 2. ad finem. Et plura hac de re Zabara. lib. 2. de Qualitate.

Kkkk 2

Elementa

XI. Dices 2. Definitio frigoris convenit etiam calori, quia & ipse tam homogenea, quam heterogenea congregat, ut patet in mixtione plurimum Elementorum, in ea enim diversæ rationis licet sint, in mixtione à calore congregantur & miscentur. Deinde in concoctione cibi, in quo per calorem naturalem cibi heterogenei inter se congregantur. Et si cera, pix & resina, contigua colliquescunt, congregantur & permiscentur. Præterea etiam eodem modo calor heterogenea & homogenea dissipat; hæc enim dissipat laxando, rarefaciendo, solvendo & rarefacit etiam homogenea, partes enim aquæ vehementer calidæ subtiliores deperduntur, immisissæ in vitrum illud constringunt, ergo.

Respondetur negando Antecedens; Ad probationem Respondeo: Calorem congregare homogenea, sive quæ ante ipsius actionem talia fuerint, sive quæ talia facta sunt per ipsius actionem, quare calor in mixtione non congregat heterogenea, ut heterogenea, sed ut homogenea & pari ratione idem calor cibos in stomacho non miscet, nisi per calefactionem eos fecerit aliquomodo homogenea. Idem est de cera, pice & similibus. Et simili ratione non separat homogenea, ut partes aquæ, nisi prius actione suâ fecerit heterogenea: Post calefactionem enim conjunguntur crassæ partes aquæ crassis, subtiles, subtilibus; quòd autem aqua calidior vitrum frangat, est, quia propter suum calorem & raritatem, ampliore locum postulat, ut eventit etiam in explosione tormentorum; Per accidens tamen verum est, aliquando ad calefactionem sequi condensat. onem & congregationem heterogeneorum, quo pacto calor lutum indurat, actione enim caloris partes aquosæ rarefiunt, & in vaporem resolutæ exhalantur. Ex quo fit, ut partes terrestres relictæ, & humore destitutæ siccæ sint & constrictæ, ut notat etiam Zabara. lib. 1. de Qualitate. Element. cap. 4.

XII. Dices 3. Frigus segregat dissimilia. Tum, quia id apparet per sanguinem in vena emisso & refrigerato, cujus partes terrestres fundum petunt, aquosæ supernatant, purior autem sanguis in medio manet, similiter in Urina, ubi ea frigescit, hypostasis à partibus aquosis secernitur, & etiam segregat homogenea, vi enim frigoris saxa disrumpuntur. Præterea si congregare similia est munus Caloris, eadem disgregare debet esse Frigoris, contrariorum enim contraria sunt munia. Respondeo: Frigus per se solum congregare, per accidens tamen fieri aliquando ut sequatur separatio, quo pacto lacrymæ emittuntur à Frigore, frigus enim per se constringit solum & condensat, & consequenter congregat omnia indistinctè, quia tamen

F. Amandi Hermann Physica.

Elementaribus cap. 4. Partes arenæ, cineres &c. Singula secum habent proprium terminum, nec facile recipiunt alienum, congeries tamen & cumulus plurium particularium, ob fluxilem tenuitatem, recipiunt figuratone à continente.

Ad id, quod primo loco dicitur contra depositionem humidi, terminari alieno termino, non est retinere figuram ab extrinseco acceptam, sed eam facile recipere ab extrinseco: Quare humida, licet facile admittant figuram ab extrinseco acceptam, nihilominus tamen facile recipiunt quamcunque aliam. Mixta verò humida quædam, quod non facile terminentur alieno termino, est propter adjuncta accidentia, quæ impediunt effectum illum humiditatis.

QUÆSTIO II.

An Qualitates primæ sint Formæ positivæ ab ipsis rebus Calidis &c. distinctæ?

I.
Referunt
mens alio
rum.

Cardanus, Aquilonus, Arriaga & non nulli antiquiores, ut testatur Plutarchus in opere de primo frigido, asserunt calorem & humiditatem solum esse formas positivas, privationem verò caloris frigus & humiditatis siccitatem, quod quo modo P. Arriagæ in mentem cadere potuerit, non concipio, qui tam sedulo in his partibus Aquilonaribus, ne sentiret, contra frigus se munivit; quare

II.
Sunt formæ
positivæ.

DICO I. Omnes & singula qualitates primæ, forma sunt positivæ. Ita Communis.

Sens Aristotelis.

Probatur primò Authoritate Aristotelis asserentis hic, per has qualitates agentia agere & pati ad invicem, quod verum non esset, nisi singula forent formæ positivæ, quia reactio à privatione non provenit, sed ab aliquo positivo: & 2. de anima I 7. ait: Omnes istas tangibiles esse, privationes autem sub sensum non cadunt; ergò.

Probatur ratione primò: Quia ubique, ubi sunt solæ privationes, forma contraria in instanti introducit, ut patet de luce in aërem se diffundente, sed sic non producuntur calor & humiditas, ergò.

Probatur secundò: Quia frigus producit aliud frigus in alio corpore applicatum & minuit calorem, sed privatio non potest producere privationem, nec destruere qualitatem positivam; ergò frigus non est privatio.

Probatur tertio: Ex igne fit immediate aër, ut docet Aristoteles secundò de Gen. I 5. quod evenire non potest, nisi actione humiditatis in Siccitatem; nam ignis & aër non habent contrarietatem intensam, nisi in illis duabus qualitatibus. Denique, experientia ipsa fit hic veritatis Magistra.

III.

Dices: Cum Arriaga I. nihil humectari, nisi per ingressum Substantiæ fluidæ, nec exsiccare aliquid, nisi per expulsionem substantiæ similis; ergò &c. negando ant. nam dum panis humectatur à vino, vinum non recipitur in omnibus partibus panis, sed solum in poris; Si enim vinum etiam in partibus solidis ipsius panis reciperetur, daretur penetratio corporum naturaliter.

Dices 2. Corpora solum exsiccare per extractionem humorum & non per introductionem siccitatis. Contra: venti corpora confringunt, & exsiccant non tamen extrahendo vapores & humores, sed siccitatem in ipsis producendo. Unde quando à radiis Solis percussitur terra, ipsa mollescit denudè vapores, qui ad interiores partes se receperunt, procedunt, quod non esset, si venti exsicassent per extractionem humorum.

Instabis: Ventos solum exsiccare per superingressionem talium humorum atque adeò ad exsiccationem semper & solum requiri, extractionem humorum &c. extractionem humorum quidem requiri, sed per illam nihil siccum fieri; sed per formam siccitatis, sicut ad introducendum calorem requiritur expulsio frigoris, per expulsionem tamen hanc non fit aliquid calidum, sed per formam positivam caloris.

DICO 2. Humiditatem & siccitatem esse formas positivas distinctas à corporibus humidis & siccis.

Probatur primò: Quia habent actiones proprias accidentales, sunt enim sensibiles, quia dum tangitur corpus, non solum sentimus calorem vel frigiditatem, verum etiam humiditatem; sentit enim ipsum esse fluidum, cedens comprimenti & circa digitum circumfandi, & licet hoc neget Arriaga, hoc tamen est negare sensum, quem quisque experiri potest; ergò cum actiones istæ sensitivæ sint, quæ actiones certæ substantiæ immediate competere nequeunt, cum ipsa non sit sensibilis, restat humiditatem & siccitatem esse formas tangibiles, & à corporibus substantialibus realiter distinctas: Si enim quis oculis clausis dexteram manum immergat in aquam, sinistram cineri immittat, frigore & calore in eodem gradu affectus, certè ductu solius tactus discerneret hanc esse in aqua, illam in cinere.

Probatur secundò: In Eucharistia similiter remanet humiditas vini, non tamen substantia illius vini; ergò humiditas est realiter distincta à substantia humidi.

Dices: Manere ibi tantum fluxibilitatem eandem. Contra: ergò & eadem humiditas. Nam fluxibilitas non stat sine humiditate, cuius ratio est reddere corpus, cui inest, fluxibile.

Dices: Quando vestes exsiccantur, tantum extrahuntur humores; ergò siccitas est privatio tantum humiditatis. &c. dist. ant. quando positivè, nego; negativè, concedo, ut dictum est supra in probatione.

Probatur Conclusio tertio: Quia potest aliquid humectari absque ingressu alicujus substantiæ fluidæ in illud, nec tamen potest humectari sine humiditate; ergò humiditas non est substantia fluida. Antecedens probatur: Quia lapides & metalla, quæ liquantur, omnia sicca sunt, ut patet ex omnibus conditionibus eorum, cum tamen actione ignis, qui visus non fluida & humida, sed sicca substantia est, liquefiant.

Quarto: Quia substantia per se non sentitur, sed solum ratione accidentium humiditatis sentitur, ergò. Demum, quia sequeretur, nullum

nullum corpus totum posse humectari, neque enim totum ex poris constare potest, in quo se insinuat illa substantia corporea fluida, neque haec omnes illius partes penetrare, ergo. Denique nulla substantia est essentialiter fluida, sed per aliquod accidens, ergo

Opponitur Autoritas Aristotelis

lib. 2. hic, & aliis Locis supra citat: Calorem, & frigus esse activa, humiditatem, & siccitatem passiva: R. tamen: Humiditatem, & siccitatem ab Aristotele dici qualitates passivas, non comparatas ad effectus sibi similes, & proportionatos, ad quos active concurrere certum est. Et fat vehementer corpora exficcare, experiantur, qui in Salinis versantur. Et quo ad humiditatem videmus salem praesente humido liquefieri, glaciem in aqua solvi; In Locis humore abundantibus carnes computrescere, &c. Sed ad effectum figurae, quatenus videtur, subiectum reddunt facile, aut difficile terminabile. Facile enim, aut difficile terminari, quoddam pati est, & pertinet ad potentiam passivam, ut notant etiam Conimb. Loco Citato, q. 3. Ar. 3. Et in ordine ad mixtum, quod ex eis generatur, non quod mutuo non agant, cum enim omne contrarium activum positivum juxta aliud efficienter operari possit in illud. Si humidum vim habet agendi, ut dictum est, non potest non concurrere efficienter cum temperamento Sicco, cui conjungitur ad comparandum mixtum, & alioqui frustra conjungerentur ad mixtionem, si se mutuo non temperarent. Sed quia in substantia mixti passivae se habent, & velut materiae, calor vero, & frigus velut formae, cum enim humida, & sicca conveniunt ad constituendum mixtum, calor partes siccas cum humidis comparat excoquendo, & digerendo, frigus coagmentat, & consistentiam praebet, humiditas vero, & siccitas effringi sese, & inflecti, & quasi formari patiuntur, quod exemplo officinis siccilium intelligi potest.

QUAESTIO III.

Quomodo qualitates primae sint per Elementa distributae?

Circa hanc materiam diversimodè sentiunt Auctores, sed quia meo videri res tanti momenti non est, cum potius ad experientiam, quam rationem recurendum esset, ideo breviter, quod fuscè alii, ego expediám. Quare

Dico I. Cuicumque Elemento duae assignari

debent qualitates non contrariae. Ita Aristoteles 2. Gen. t. 16. Probatur ex muneribus, quae Elementa habent in universo, quae duo sunt, primum est, ut unum in aliud transmutetur pro mixtorum constitutione; Alterum, ut partes sint integrales universi, ita ut unum esset alterius Locus proportionatus. Ad primum munus requiritur, ut unum Elementum habeat qualitatem alteri contrariam, ut possit in aliud transmutari, transmutatio enim fit inter contraria, neque unum in aliud ageret, nisi illud haberet qualitatem alterius qualitati contrariam; Quoad secundum munus etiam patet: Si etenim ignis, verbi gratia, debet alteri contiguari, debent habere qualitates similes, per quas unum Elementum conveniat cum altero sibi contiguo, si enim ignis, verbi gratia, qui

est Locus aeris, non conveniret cum ipso in calore, non posset illi contiguari, aer similiter qui est continens aquam, debet illi communicare in humiditate, terra debet esse frigida Symbolizans cum aqua, Locus enim est locati conservativus.

Dico 2. In quolibet Elemento aliqua quali-

tas est in summo. Probatur: Quaelibet forma, & naturalis perfectio alicui propria, debet necessarid habere omnem perfectionem possibilem naturaliter in aliquo subjecto, sed, &c. ergo. Confirmatur, quia videmus, quod remotis contrariis Elementa singula se reducant ad aliquam qualitatem in summo.

Dico 3. Ignem esse calidum in summo, sic-

cum infra: Aer summè humidus, calidus est infra: Aqua summè frigida est, humida infra, & terra summè est sicca, & infra summum frigida. Colligitur ex Scoto 2. d. 15. q. um.

Probatur Conclusio quoad omnes partes, & primò de igne quem calidum esse patet, ita ut si quis negaret, eo tam diu torquendus esset, usque dum fateretur: Quòd verò etiam sit siccus, probatur; Nam extinguitur ab aqua etiam calida, quod est signum, eidem igni non solum per frigiditatem, verum etiam per humiditatem opponi, & cum sint Elementa maximè dissimibola, maximè opponi debent, quod non fieret, si in una tantum, & non in ambabus qualitibus opponerentur.

Dices: Hoc praestare per calorem quòd vestes exficcet, &c. Contra, quia videmus, quòd carnes in olla calefiant, & tamen non exficcentur, ergo non eadem virtute, quae calefacit, exficcat. Sed

Dices 2. Ignem esse humidum, tum ex

definitione data supra, tum, quia Medici asserunt carnes assas esse humidiores, quam elixatas, quod certè non nisi à virtute humectiva ignis provenire potest, tum denique, quia experientia constat, dum quis manum supra ignem ponit, non solum eam calefieri, sed etiam humectari. R. ad primum; Hoc provenire non ex eo, quòd Sicus non sit, sed quòd valdè tenuis sit, & subtilis, ut facile aliò terminetur terminò; Nec haec facilitas provenit ex parte sua, & ab intrinseco, videmus enim ignem ex fornace & in illa huc & illuc discurrere, ut foras erumpat, & exeat, & si cooperiatur, extinguitur, veluti si Lana, aut Stupa in vase includitur terminatur terminis istius vasis, non spontè, sed coactè, quòd verò non terminetur facile proprio termino, est ex ratione caloris predominantis, & omnia depaescens, & in vicinam materiam sese porrigentis. Ad secundum R. Aristotelem 2. Metaphys. ex quo Medici argumentantur, Solum voluisse plus de substantia, in carne assa remanere, quam elixata quae in aqua maximè diffluit. Ad tertium dico, illam humiditatem non provenire ex ignis humiditate, sed ex vaporibus ligni. Sed ad nostra progrediendo

Probatur etiam de aere (quem esse humidum constat ex data definitione) quoad calorem, levitas namque comes, signumque caloris est, sed, &c. ergo secundò: Nimio calore

III. In quolibet Elemento est qualitas in summo.

IV. Distribuntur qualitates in Elementa.

Ignis est calidus & siccus.

V.

VI. Solvuntur objectiones quòd ignis non sit humidus.

VII. Aer est humidus & calidus.



aqua in aerem convertitur, & nunquam frigiditate, ergo calor & non frigiditas aerem comitatur, nulla enim substantia gignitur qualitate opposita temperamento proprio. Tertio aer in Locis subterraneis nimio frigore corrumpitur, ergo ex natura sua non est frigidus, frigidum enim non frigidum, sed calido corrumpitur. Denique: Substantiæ aëreæ, sicut mel, & oleum sunt calidæ, & non frigidæ, ergo aer, cui hæc substantiæ sunt cognatæ, non est frigidus, sed calidus. Attamen pro adversariis

VIII.

Impugnatur
aeris humiditas.

Arguitur 1. Contra aeris humiditatem sic: Aqua magis humectat, quam aer, ergo aer non est summè humidus. Deinde: Aer exsiccat, ut patet de exsiccantibus vestes. Tertio: Aqua Tempore pluvioso humectat aerem, ergo aqua est magis humida. Denique: Ipse Aristoteles 4. Metaphys. 4. asserit, aquam esse maximè humidam: Ergo. R. ad primum, aquam magis humectare ratione suæ densitatis, non quòd intensivè esset humidior. Ad secundum dicitur, aerem exsiccare ratione caloris, tam proprii, quam accepti à radiis Solaribus illum calefacientibus. Ad tertium. ipsum non humectari, sed, ratione crassorum vaporum acceptorum, magis sentiri. Philosophus verò tantum vult, aquam magis humectare ratione suæ densitatis. Sed

IX.

Aer si frigidus est ab extrinseco ei competit.

Arguitur 2. Contra ejusdem aeris calorem. Aer in secunda regione, ubi non subjacet contrariis calefacientibus in æstate, est frigidus, ut patet ex conservatione nivium in altis montibus, ergo non est calidus. Secundo: Corpora nostra refrigerat, ut patet cum in æstate aerem flabello agitamus pro refrigeratione, estque institutus ad refrigerationem animalium. R. ad primum, illum esse tantum ab extrinseco frigidum, quatenus vapores aquei admixti exhalationibus terreis, cum ad naturalem statum se reducant, illam regionem infrigidant, quâ ratione etiam de nocte aer est magis frigidus. Unde ait Scotus 2. d. 17. q. 2. B. causa positiva est frigiditas nubium in eisdem Locis; Causa privativa duplex, Scilicet carentia caloris generati, per reflexionem radiorum Solis à terra, & carentia caloris causati à terra directè. Ad 2. R. illud refrigerare, quia respectu cordis, & corporis humani non est ita calidus, ac ipsum cor, quod ita fervet, ut ab Aristotele ignis appelletur: Deinde refrigerare potest tum à terra, tum ab aqua refrigerare ipse primò.

X.

Impugnatur
aeris calor.

Arguitur 3. Quia aer, si naturâ suâ frigidus non esset, hyeme tantopere frigesceri non posset. Sed contrâ est; Quia aqua licet sit frigida, calefieri tamen, & sub calore vehementi potest conservari.

Dices: Ergo cum frigore etiam conservari poterit ignis. R. negando consequens. Quia non omnia Elementa eodem modo conservari possunt in statu præternaturali, cum quibuscunque qualitatibus contrariis, nam & aqua, licet conservari possit cum calore intenso, non tamen cum siccitate. Unde etiam patet responsio ad rationem Vallesii. Aer enim facile transit ad frigus ob raritatem conjunctam cum aliis qualitatibus, sicut aqua non admo-

dum difficulter ad calorem, licet igni transire ad frigus minimè conveniat, est sit rarissimus. Alia argumenta, quia alibi soluta sunt, omitto.

Probatur Conclusio nostra de aqua, quòd sit frigidissima, tum experientia sensuum; Tum ex communi sententia Philosophorum, de humiditate nullus dubitat, cum Scriptura ipsa Job. 12. dicat, *si commoverit aquas, omnia succabuntur.*

Dices cum Arriaga, Nix & glacies sunt frigidiores, ergo Prob. ant. quia aliquando per illa non magis infrigidaretur, neque ab illis congelaretur, Respondeo: Negando aquam solo frigore congelari, seu glaciari, sed requiri virtutem exsiccativam, quia exsiccatio multum juvat ad reddendum Corpus solidum, neque nix, aut glacies sunt frigidiores aquam suo naturali statu existente, sed ad nostrâ.

Quòd denique terra sit summè sicca, patet; Tum ex Genesis primo, ubi ob siccitatem vocatur *Arida*, tum, quia deficiente aqua rimas aperit, & in pulverem resolvitur. Quòd etiam sit frigida, Probatur: Quia in cavernis, & Specubus, ubi radii Solares desunt, maximum est frigus, tum etiam, ut omnia Elementa qualitatem habeant Symbolam cum vicino; Ignis enim, suppono nunc, quod ostendam ex autoritate postea, qui infra Sphæram Lunæ est, est summè calidus & siccus, aer summè humidus & calidus, aqua summè frigida, & humida, & terra summè sicca & frigida. In quibus videmus ea & convenire & disconvenire. Ignis vero & aqua, secundum omnes qualitates disconveniunt, sicut aer & terra, propter hæc Elementa dissymbola vocantur, Symbola autem ignis cum aëre, aer cum aqua, aqua cum terra, terra cum igne, unde quolibet Elementum duo habet alia symbola, tum vero dissymbolum.

QUÆSTIO IV.

An qualitates symbola Elementorum & aliorum corporum sint ejusdem speciei?

Per qualitates symbolas, eas intelligo, quæ eodem appellantur nomine, hinc est, quòd hic quaeritur, an scilicet terre siccitas, & siccitas ignis, ejusdem sint speciei, frigiditas terræ ejusdem rationis, cum frigiditate aquæ, caliditas ignis cum caliditate aeris, &c. quantum ergo ad primam partem resolvendo.

DICO I. Qualitates symbola Elementorum sunt alterius rationis & speciei. Hec est contra plures Scotistas, signanter Maltrium, Pontium: Colligitur tamen ex Scoto, tum ex 2. d. 15. q. v. A. tum ex 4. d. 49. q. 16. §. quantum ad primum argumentum, Probatur: quæ sunt ejusdem rationis & speciei, cui unum illorum contrariatur, contrariatur & alterum, non enim assignabilis ratio, quare unum illorum, quæ easdem qualitates habent, contrariatur, & non alterum, sed caliditas ignis contrariatur humiditati aeris, quia illam consumit & abstrahit, cui tamen humiditati non contrariatur caliditas aeris, cum simul sent, ergo caliditas ignis & aeris non sunt ejusdem rationis. Dices:

Dices : Calorem ignis, aeris humiditatem absumere, partim, quia summus est, partim quia habet adjunctam siccitatem acuem ejusdem activitatem; ergo. Respondeo extensiones tales Locum habere in subiectis heterogeneis, non homogeneis, quia quod convenit per se uni illorum, convenit per se cuicunque contento, & cuilibet parti, quia natura, cui inest talis passio, est ejusdem rationis in omnibus, in parte, & in toto, totus enim ignis per se primò calidus est, & quaelibet pars ignis est per se primò calida, sed calori ignis per se competit, ut contrarietur humiditati aeris, & potest per se illam absumere. Ergo si est ejusdem rationis cum calore aeris, etiam calor aeris suam poterit absumere humiditatem, eisdemque contrariari, sicut quaelibet pars frigoris contrariatur cuicunque, & cujuscunque rationis calori: Ergo. Sed

Arguitur etiam ex Autoritate Aristotelis I. de Gen. t. 24. & 25. docentis: Faciliorem esse transitum de Elemento symbolo in symbolum, ideò, quia sunt in utroque accidentia eadem: Ergo. Respondeo Philosophum non velle quod propter faciliorem transitum eadem sint accidentia specifica, sed tantum voluit, ideò, quia non sunt accidentia contraria, quae magis resistunt, quam illa. Sed

Instatur. Hinc sequeretur, quòd uni contrario opponerentur duo alia contraria, quòd falsum apparet ex eo, quòd contrariorum aequalis sit ambitus, correspondeatque sibi juxta modum correlativorum: Ergo. Probat major: Quia calor ignis, & aeris uni frigori, &c. ergo. Respondeo disting. Majorem: Secundum eandem rationem: Nego: secundum diversam: Concedo: Sicut namque datur ratio generica caloris, rationi specificae caloris ignis, & aeris, communis, ita pariter datur ratio generica frigoris cuicunque naturae ipsius specificae communis, quia non videtur rationabile esse dicere, omnia frigida esse eadem specie frigiditatis frigida, cum tot & tam diversos effectus producant. Itaque ratio generica frigoris rationi genericae caloris directè, & per se opponitur, species verò speciei, unde, secundum diversam rationem, idem contrarium pluribus contrariis opponi potest, scilicet generico, & specifico.

Urgetur adhuc contra Conclusionem; Quia calores ignis & aeris se intendunt, ergo sunt ejusdem rationis. Respondeo negando antecedens, vel si mavis, distingue; Intenditur extensive producendo diversum calorem: Concedo: Intensive ejusdem speciei: Nego; Quia ignis producendo in aere alium calorem, à calore aeris distinctum, reddit ipsum magis calidum; Unde si quis dicere vellet, calorem causatum ab igne in manu, esse ejusdem rationis, ab eo, qui causatus est ab aere omninò esse negandum.

Pro majori intelligentia tum praeiteritae, tum sequentis conclusionis, nota ex Scoto 2. d. 15. q. unica A. accidens proprium specificum non posse competere aliis ab illa specie, cujus est accidens, nec reperiri sine illa specie,

aliter non sequeretur naturam specificam, sed genericam, & ita non erit accidens specificum, sed genericum; Sentibilitas enim non dicitur proprium homini, sed animali, quia naturam animalis, non hominis sequitur, neque dicitur proprium specificum, sed genericum, sic à pari; Si humiditas, verbi gratia aquae, esset ejusdem speciei specialissimae cum humiditate aeris, certe humiditas non esset accidens proprium, & inseparabile, quia reperiretur sine aqua, scilicet in aere, nec esset ejusdem speciei specialissimae.

Nota secundò ex Scoto in 4. d. 49. q. 5. infra E. quae sunt ejusdem rationis & speciei, posse habere easdem operationes, & actiones, nam implicat, quòd aliquid conveniat uni individuo ejusdem speciei, & non conveniat alteri. His notatis

Dico secundò, Qualitates Elementorum & Mixtorum sunt alterius rationis, & speciei. Ita Scotus Locis citatis, ubi hoc expressè dicit, in mixto non manere qualitates Elementi, sed similes; Quem gratis & frustra Maffrius explicat de similitudine individuali cum loqui, adeoque excludere à mixto qualitates Elementorum, quoad entitatem numeralem, non specificam, cum formae substantiales Elementorum, secundum Doctorem, non formaliter, sed tantum virtualiter maneat in mixto, à quo sunt formae distinctae: Ergo etiam qualitates mixti & Elementi sunt formae distinctae, adeoque Scotus non excludit, intendit autem numeralem, sed etiam specificam.

Probat Conclufio tum ex eo, quòd illa sint specie distincta, quae uni conveniunt, & alteri repugnant, sed calori naturali convenit nutrire, attrahere, expellere, congregare, & alimentum in substantiam aliti convertere, & repugnat calori Elementari; Ergo. Deinde: Isti calores se invicem interimunt, ut patet de febricitantibus. Denique: Secundum Aristotelem de longit: & brevit: Vitae; Calor naturalis humidus esse debet, calor Elementaris verò est ficcus: Ergo.

QUAESTIO V.

An qualitates contrariae possint esse simul in eodem subiecto, & quomodo?

Quaestio haec non procedit de omnibus omnino contrariis, sed solum de corporis, certum enim est, ob particularem repugnantiam, nec in summo, nec in remisso, etiam per Dei potentiam simul esse posse in eadem voluntate amorem & odium, gaudium & tristitiam de eodem; In eodem intellectu assensum & dissensum. Notandum est insuper, sermonem mihi futurum de qualitatibus contrariis, sive sint in gradibus remissis aequalibus, vel inaequalibus, sive in summo, idque tam naturaliter, quam supernaturaliter; Per gradum verò summum intelligo eum, qui est ultimus intensiois qualitatis alicujus composibilis cum forma subiecti, soletque dici octavus ex voluntaria ad inventionem, ut facilius in Scholis de qualitatibus disputari possit; Per esse remissum

VI. Que sunt ejusdem speciei habent easdem actiones.

VII. Qualitates Elementorum & mixtorum sunt diversae speciei.

VIII. Diversitas inter calorem naturalem & frigoris demonstratur.

I. De quibus agat haec Quaestio?

missum verò intelliguntur omnes illi gradus intermedii à primo, usque ad octavum; Unde sensus est: An qualitates contrariæ in remisso naturaliter, in summo supernaturaliter in eodem subjecto esse possint? Ad quod

II. *In gradibus remissis contraria possunt esse simul.*
Dico primò: Duo contraria naturaliter possunt esse simul in eodem subjecto in gradibus remissis. Ita Scotus in 1. d. 17. q. 3. & 2. d. 2. q. 9. O.

Probatur Conclusio: Quia contraria non ex natura sua formali præcisè, sed quatenus erigunt effectus impossibiles, sibi opponuntur, sed in gradibus remissis non erigunt hoc, ergò in illis non sunt impossibiles.

Probatur secundò: Quando aqua calefit, non statim corrumpitur totaliter frigus aquæ, sed successivè & paulatim remittitur per aliam qualitatem, quæ pariter successivè introducit, & paulatim intenditur, hæc autem non potest esse alia, quàm calor: ergò. Probatur major: Quia si ab initio totum frigus periret, deberet introduci totus possibilis calor, cum nullam haberet tunc resistantiam, ex qua solum successio motus provenit, non autem ex divisibilitate formæ, aut mobilis, vel virtute finctæ agentis, ut patet de illuminatione mediæ, ubi forma, & mobile divisibilia sunt, & virtus finita agentis.

III. *Tepiditas non est qualitas simplex media.*
Dices: In tali casu non esse ibi simul contraria, sed tunc produci qualitatem mediæ, virtualiter illas continentem, scilicet tepiditatem, per quam frigus expellitur. Contra primò in tali casu sentitur frigus & calor: Ergò illa forma non virtualiter continet illa, quæ enim virtualiter continentur, non sentiuntur. Contra secundò: Illa qualitas esset producta ab igne, ergò non deberet esse frige-factiva, vel deberet manere frigus præteritum nondum totaliter expulsum. Deinde sequeretur, nullum agens esse calefactivum, nisi produceret calorem intensissimum, quia illa qualitas, quæ non est intensissimus calor, non est calor, sed alia qualitas distinctæ rationis. Sed contra Conclusionem adhuc à pari

IV. *Cur amor & odium, scientia & ignorantia simul esse non possunt.*
Arguitur amor & odium, &c. in nullo gradu possunt esse simul: Ergò nec calidum, & frigidum. Respondeo negando consequentiam; Actus enim illi non possunt esse simul ob contradictionem, quam includunt ex parte objectorum, eò quòd unus destruat formale objectum alterius, & quod unus ponit, alter destruit, unde eorum repugnancia non provenit ex ratione contrariorum, sed quia vitales sunt, habitus tamen contrarii esse simul possunt, utpote qui solum inclinationes sunt, non dicentes actualem conjunctionem cum objectis.

V. **Arguitur secundò.** Si caliditas & frigiditas in gradibus remissis possent esse simul naturaliter, sequeretur secundum illos gradus sibi non esse contraria, sed hoc est falsum: Ergò. Probatur sequela ex definitione contrariorum, quòd sint formæ sub eodem genere maxime distantes & ab eodem subjecto se mutuo expellentes. Probatur minor ex Aristotele ubi dicit: Contrarietatem esse oppositionem secun-

dum formam, & essentiam, quæ quidem integra reperitur in singulis qualitatibus gradibus tam intensis, quàm remissis. Respondeo concedendo sequelam majoris, negando minorem, ad probationem dico, veram esse de contrarietate formali, & proveniente à forma secundum rationem formæ, quæ cum essentialiter in quolibet reperitur, in quolibet præstabit effectum formalem primarium, qui est denominare subjectum informatum album, loquendo de albedine, nigrum de nigredine, qui effectus secundum hanc denominationem dicuntur contrarii, non tamen quilibet illorum habet annexam negationem alterius contrarii; Hæc enim negatio in forma, in summo tantum gradu existente reperitur: Hæc est ratio, quare Scotus ponit majorem repugnanciam inter album & nigrum, quàm inter duas quantitates, quia ista solum habent istam contrarietatem secundam, non primam, veluti contraria.

Dices: Ergò si essentia non contrariatur in remisso essentia alterius contrarii, nec contrariabitur in summo, cum gradus omnes sint ejusdem rationis. Respondeo negando sequelam Illati, quia contrarietas sequitur solum ex excessu graduum; Et licet omnes gradus sint ejusdem rationis, tot tamen simul conjuncti contrarietatem faciunt, quod non præstant disjuncti.

Instabis: Quæ se junctim separata non repugnant inter se, neque in tertio unita repugnant, nam unitas in tertio non variat rationes ipsorum: Sed ununtur eo modo quo sunt, & primò aliqua sunt secundum se talia, quàm sint in ordine ad tertium, ita quòd si repugnant in tertio, ideò repugnant, quia repugnant inter se, ergò si separatim, omnes gradus stare possint simul, stabunt & conjunctim. Respondeo distinguendo, antecedens: Si in tertio non faciunt unum tertium perfectius, concedo; Si faciant unum tertium perfectius, prout contingit in proposito, nego. Dum enim gradus qualitatis ununtur inter se, componant perfectius individuum, ab individuo alterius qualitatis contrariæ, quod quidem individuum repugnat individuo alteri, quia includit negationem ipsius. Ratio allegata, quòd aliqua sint primò secundum se talia, quàm sint in ordine ad tertium solum intelligitur in ordine ad tertium, veluti ad subjectum, non ut ad constitutum per illam.

Dico secundò: Contraria etiam in gradibus aequalibus remissis naturaliter possunt esse simul. Ita D. 2. d. 2. q. 9. O. ubi asserit: Remissionem qualitatis esse continuam, fierique per introductionem formæ contrariæ; Ex quo sic arguuntur: Frigidum remittendo calorem nullum gradum remittit, nisi per introductionem alicujus gradus qualitatis contrariæ, gradui illi impossibilis, hoc scilicet modo: Sit frigidum ut octo remittens calidum ut sex, dum introducit, primum gradum frigoris, expellit sextum caloris, & dum expellit quintum caloris introducit secundum frigoris, & per introductionem tertii gradus frigoris expellit quartum caloris, & ita in calido ut sex expulsi tra-

bus gradibus caloris per tres gradus frigoris illis compossibiles, simul manent tres caloris & tres frigoris; ergo contraria in gradu equali remissa simul esse possunt.

In contra sic Arguitur:

Calidum ut unum ita opponitur frigido, ut unum, sicut calidum ut octo, frigido ut octo: ergo in gradibus equalibus non possunt esse simul. Probatur Antecedens; quia si calidum ut unum appropinquetur frigido ut unum, dato quod sit activus & fortius, expellet à subjecto frigus ut unum: ergo est illi contrarium, sicut frigidum ut octo, calido ut octo. Respondeo negando Antecedens, cuius probationem distinguo: expellet frigus ut unum, ratione contrarietatis; nego: ratione necessariae connexionis effectus primi cum causa sua naturali; concedo: duplicem enim ut supra etiam tetigi, effectum formam habet, primum, qui est denominare subiectum informatum, estque à nullo impedibilis & expulsiorem formam antiquam. Itaque frigidum ut unum expellit calidum ut unum, non quia illi contrariatur, sed propter necessariam concomitantiam effectus secundarii cum sua causa.

Dico 3. Supernaturaliter duo contraria in summo esse simul possunt.

Colligitur ex Scoto 4. d. 44. q. 3. C. D. Probatur: Quicquid non dicit formalem repugnantiam & implicantiam potest à Deo fieri de potentia absoluta, alioquin non esset omnipotens, sed nulla apparet repugnantia, neque ex parte subiecti, neque ex parte contrariorum; ergo potest &c. Probatur minor, quoad primam partem, quia subiectum ex parte sua habet similitudinem potentiam ad quodcumque contrarium in summo: ergo. Probatur Antecedens: potentia est equaliter indifferens ad utrumque, sed quod est sic indifferens, potest illa recipere, si illa non repugnet inter se, quia posse recipere non arguit semper maiorem & maiorem perfectionem, sicut arguit posse producere vel facere: ergo. Probatur minor principalis, quoad secundam partem, quia, si formarum essentia sibi invicem ita contrariarentur, nec in remissa possent esse simul, cum in illis tota servetur essentia: ergo. Confirmatur Conclusio: quia multa alia sunt supernaturaliter, quae naturaliter repugnant, ut conservatio accidentium sine subiecto, corpus circumscriptivè in duobus locis, & duo in eodem penetrativè: ergo.

Dices: Deus non potest impedire effectum formalem causae existentis in subiecto, ergo.

Respondeo distinguo. Antecedens, primum & insuper necessario conjunctum: concedo, secundarium & non sic necessario conjunctum: nego. Responso patet ex dictis.

Dices 2. Sequeretur idem futurum calidum & non calidum, sed hoc &c.

Respondeo negando sequelam, quia unum contrariorum non habet necessario annexam negationem alterius contrarii ab intrinseco & necessario, sed solum consecutivè & in ordine ad potentiam naturalem, bene tamen sequitur, futurum summè calidum & summè frigidum. Itaque contraria habent annexam negationem identitatis

F. Amandi Hermann Physica.

contrarii alterius, non verò negationem expulsiōnis. Verumtamen contra Conclusionem. Sed contra Conclusionem adhuc

Opponitur Auctoritas tum Aristotelis 4. Metaphys. t. 17. asserentis: si contraria esse possent simul, possent & contradictoria; tum Scoti 4. d. 4. q. 3. T. dicentis: melius est dicere ignem in corpora damnatorum solum agere actione intentionali, quam reali, quia tunc induceret summum calorem, & talis calor esset contrarius calori vitae, contraria autem simul esse non possunt in summo, ait enim: *ibi enim esset quasi repugnantia formalis*: ergo. Respondeo: Aristotelem non agnovisse potentiam supernaturalem. Ad Scotum dico: eum locutum fuisse dubitativè, ut clarè indicant verba illa: *Videtur quasi repugnantia*; si enim est tantum quasi non est formaliter repugnantia. Respondeo secundo: hoc non provenire ex eo, quia contraria sunt, sed quia in tali supposito calor enim vitalis non debet esse in summo, sed in medio.

QUAESTIO VI.

An inter agens & patiens requiratur dissimilitudo, seu: An simile possit agere in simile?

Suppono, ut ex dictis sufficienter colligi poterit, primas quatuor qualitates habere virtutem agendi activam univocam in contrarium, licet ordine quodam, videlicet, ut magis activus sit calor, deinde frigus, & ultimò siccitas, & hoc ideo, quia colligimus illud esse agens magis activum, quod in majori distantia protrahit suam actionem, sed & ego

Suppono etiam, quamlibet habere resistantiam formalem seu passivam (resistentia activa cum potentia activa convenit) quae nihil aliud est, quam negatio omnis actionis in passivo; vel ipsa impossibilitas effectus procedentis ab agente cum aliqua forma, unde etiam frequenter negativa vocatur, sicut positiva, resistantiam habent ordine apposito, quo dicebam superius habere virtutem activam, ita scilicet, ut siccitas, quae posterior fuit in virtute activa, sit prior in resistantia formali, secunda humiditas, tertia frigus & quarta calor; Et hoc clara probatur ratione, quia, si illa elementa, quae sunt activiora, essent etiam magis resistitiva, nunquam potentia activa posset ab alia potentia superari, nec corrumpi, nam ex eo, quod est potentior & fortior in virtute, omnes alias potentias vincit in agendo, ex eo pariter, quod esset potentior in resistendo, omnibus aliis resisteret, quare ob totius mundi conservacionem *Deum omnia fecit in pondere & mensura*; unde Scotus in 4. d. 49. q. 13. infra B. ait: *Quare enim ignis non comburit omnia Elementa, cum sit majoris activitatis, non videtur ratio, nisi ex proportione, vel adequatione aliorum in resistendo virtuti suae in agendo, saltem concurrente Caelo, cooperantibus aliis in resistendo.* His suppositis ad quaestionem resolvendam progredior; pro cuius intelligentia

XII. Explicatur Aristoteles & Scotus.

I. Qualitates prima habent actionem univocam.

II. Habent etiam resistantiam formalem.

Ordo illarum.

LIII Notan.

III.
Duplex similitudo & dissimilitudo.

Notandum: Duplicem esse dissimilitudinem & similitudinem, unam in natura, alteram in gradu & in perfectione accidentali: *Similitudo in natura est*, quando eadem forma est in agente, & in termino producto, & hæc reperitur in agente univoco (agens univocum est, cujus terminus productus est ejusdem rationis cum ratione agendi, ut cum calor producit alium calorem; æquivocum, cujus terminus productus non est ejusdem rationis cum forma, quæ in ipso est ratio agendi, ut cum Sol producit calorem) *Similitudo in gradu, seu perfectione est*, quando produciens producit sibi similem effectum, non solum in natura, sed etiam in gradu perfectionis; ut quando calidum ut fex producit aliud calidum ut sex. Dissimilitudo formalis, quæ in agente æquivoco reperitur, est, quando & agens & effectus omnino sunt alterius rationis: Unde patet inter agens & patiens sufficere dissimilitudinem in natura, quia frigidum potest agere in calidum & contra, dummodo patiens non impediatur actionem per resistantiam suam; patet etiam sufficere dissimilitudinem in gradu, quia calidum ut octo potest intendere calidum ut quatuor; tota ergo difficultas est, an etiam sufficiat dissimilitudo in densitate, raritate, mollitie vel magnitudine? Ad quod

Que sufficit ad agendum.

IV.
Explicatur conclusio.

Dico I. Ad hoc, ut aliquid agens agat in passum, aliquid producendo, non sufficit dissimilitudo in densitate, raritate vel mollitie. Ita communior Scotistarum. Intellego tamen, quod notandum est, conclusionem meam de densitate, vel raritate ipsius agentis, non verò, mediæ, clarum enim est, raritatem mediæ multum valere ad agentis actionem, quia agens fortius agit in medium rarius, quam densius, citiusque illud penetrat, sicut etiam non nego, ipsam densitatem in agente valere ad producendam formam citius in subiecto, sed nego quod æqualiter intensam producere possit. Hoc præintelleto

V.
Quia vel virtus esset ipsa forma vel esset conclusio.

Probatur Conclusio: Si inter agens & patiens sufficeret dissimilitudo densitatis vel raritatis, hoc maxime proveniret, quia ipsa densitas, vel raritas esset ratio productiva, vel saltem conditio istius excessus; sed neutrum est: ergo. Probatur minor, quoad primam partem, quia tunc eadem raritas, vel densitas simul calefaceret & frigefaceret, si esset calidum ut quatuor, & frigidum ut quatuor, si applicaretur, ageret per calorem & per frigus; quia æquæ agens calidum & frigidum: ergo. Probatur minor, quoad secundam partem: Quia conditio ipsius principii non auget virtutem ipsius principii, seu ipsum principium, cum in se nullam virtutem habeat. Quia: ergo. Confirmatur: quia, si esset aliquid particulare principium activum, deberet posse calefacere, etiam si esset sine calore, quod est absurdum; ergo. In contrarium autem

VI.

Arguitur primò sic: Quò densior est materia & subiectum unicum & calefactum, eò intensius calefacit, ut experientia constat; ferrum enim ignitum magis ignit, quam ipsa

flamma & difficilius tangitur, quod evenire non potest ex intentione caloris, cum ipsa flamma ignis sit summè calida: ergo densitas materix valet, non solum ad velocius calefacendum, quod conceditur, verum etiam ad intensius, quod negamus. Respondeo disting. Antecedens: quò densior est materia, eò intensius calefacit, quatenus virtus in ipsa existens sit perfectioris effectus productiva: nego: quatenus ratione densitatis talis magis est contraria resistiva: concedo: unde ob hanc causam ferrum ignitum magis lædit, quam flamma, provenit enim hoc tum ob resistantiam majorem, tum ob persistentiam & permanentiam majorem ferri igniti.

Arguitur secundò Ex Autoritate

Aristotelis 3. Chryf. t. 80. dicentis: in majori magnitudine majorem existere virtutem; ergo. Respondeo disting. Antecedens: major reperitur virtus intensiva; nego: extensiva; concedo, ideòque producitur effectus citius & in majori distantia, non verò fit intensior, quam sit ipsa virtus agentis activa.

Arguitur tertio Ab Experimentis:

ferrum candens comburit stuppam, sed plus est caloris in igne stuppæ, quam ferro, quia plus caloris in igne, quam non igne: ergo. Secundò: aer glaciatur aquam, cum tamen sit frigidior aqua aere: ergo hoc provenit ex quantitate aeris. Tertio: Vas æneum in partem mistum frigit magis, quam ipsa aqua. Respondeo ad primum: vel in ferro sunt partes ignis, vel si non sunt solum dispositivè ferrum ignit stuppam, cum in se tantum calorem habeat, quatenus sufficit ad introducendum dispositionem ignis; hinc non intenditur calorem producitur, quæ dispositione industria causa universalis postea ignit stuppam. Respondeo ad secundum: aquam non congelat solo aere, sed mediante Cælo, vel astro frigido & virtute exsiccante aliqua. Respondeo ad tertium: Idè hoc fieri, quia concurrens propria forma substantialis ad inrigidationem.

Dico 2. Agens æquivocum potest agere in sibi simile secundum gradum, sicut est de univoco. Utraque pars est Scoti t. d. 17. q. 3. infra ill.

Probatur prima pars: Tum, quia actus undecimus potest intendere habitum, quem prodixerunt priores actus, ad quam tamen intensiorem, licet forte fuerint perfectiores pervenire non poterant; ergo. Deinde: sit aliquid gravitans ut duo, addatur eidem aliud gravitans ut duo, illa ponderatio augetur ut quatuor: ergo agens æquivocum potest agere in sibi simile secundum gradum. Similiter: si sint plura corpora lucida medium illuminantia, & quodlibet illorum se junctum illuminet ut duo, simul omnia medio uni applicentur, magis ac magis, juxta diversitatem luminum illuminabunt, quamvis quodlibet illorum seorsim acceptum solum illuminasset ut duo: ergo si modò magis illuminatur, hoc evenit, quia agens æquivocum agit in sibi simile.

Probo.

Probatur secunda pars: Si agens

univocum posset agere in sibi simile, posset effectus excedere in perfectione causam, sed hoc est contra Scotum, qui in 4. d. 12. q. 3. infra I. ait: tunc effectus posset dividi in duo, scilicet in illud, in quo aequatur cause & in illud, in quo excedit causam, primum dicatur A. secundum B. ille effectus secundum A. precise esset effectus adequatus cause suae, quia simpliciter perfectum ens, sicut causa sua, ergo B. vel erit a seipso, vel a nullo; quia ab A. ut ab aliqua causa non potest esse, nam ultra effectum adequatum cause non potest esse simul aliquid perfectius ab ipsa: ergo simile non potest agere in simile; probatur sequela, quia si calidum ut duo posset agere in sibi simile, videlicet in aliud calidum ut duo, illud intendendo, cum illud calidum ut duo posset producere calorem ut duo, posset hunc alteri calido ut duo superaddere, & ita producere calidum ut quatuor, & cum calidum ut quatuor sit pariter activum & majoris activitatis, quam calidum ut duo, posset in illud reagere alios quatuor gradus caloris producendo, & ita illud calidum ut duo intenderetur ut sex, & iterum illud calidum ut sex, posset intendere calidum ut quatuor, superaddendo illos sex gradus, & sic jam esset intentio ut decem & sic in infinitum. Et haec est ratio a priori, quare agens aequivocum possit agere in sibi simile secundum gradum & non univocum; quia forma secundum quam agens aequivocum agit, est simpliciter perfectior qualibet forma producta per illam, quare nunquam perfectio effectus impedit, quin effectum, quem virtute & potentia continet, producere possit, unde si advenit effectum productum ut duo, alium similem superaddere potest; in agente vero univoco hoc non contingit, quod cum habeat eandem formam cum effectu, si in passio inveniat effectum a se producibilem, ab actione impeditur propter aequalem resistantiam, & quia non esset ratio, cur unum esset agens & alterum patiens, cum tamen secundum Aristotelem agens majoris virtutis esse debeat, quam patiens, ut paulo post dicam.

Dices: Si potest agere agens aequivocum in sibi simile secundum gradum; ergo & univocum: Probatur Consequentia; quia in tantum agens univocum non potest agere in sibi simile, ne effectus excedat suam causam in perfectione, sed hoc etiam currit de agente aequivoco: ergo. Probatur minor: quia effectus non attenditur precise penes entitatem cause, sed in ordine ad virtutem activam, ergo. Respondeo negando consequentiam cum minoris probatione, cujus probationis Antecedens distinguo: excessus in actione aequivoca non attenditur penes entitatem cause, sed penes virtutem propriam, ut praesentem a quocunque subiecto: concedo, in ordine ad tale vel tale subiectum, prout evenit in agente univoco ob imperfectionem formae, quae determinata est ad agendum solum in tali, vel

E. Amandi Hermann Physica.

tali gradu constituto: nego Antecedens & Consequentiam.

Adversarii in contrarium multas con-

gerunt experientias, ut quod duae phialae vitreae aequales ad invicem collisae, vel utraque vel una frangatur; duo baculi attriti in simul ignem producant, plures candelae, licet sint similes magis illuminant medium: ergo simile potest agere in simile. Sed Respondeo ad omnes, hic esse ubique actiones aequivocas, fractio enim phialarum fit ab impulsu impresso ob naturalem impenetrabilitatem; ligna etiam non intenduntur actione univoca per calorem, sed aequivoca, per motum attritionis; virtualiter enim in illis continetur calor, qui mediante frictione producitur: Candelae etiam non se intendunt, sed major illuminatio fit, quia sunt plures species illuminantes, unde qualibet propriam diffundit speciem, qui est effectus aequivocus, qui lumen est species lucis.

XII.

Quare duae phialae frangantur duo baculi ignem producant.

Duae candelae magis se intendunt.

Dico 3. *Ista dissimilitudo semper debet esse*

secundum majorem inaequalitatem: id est; semper requiritur major virtus actui, ut superet resistantiam formalem, ne agat in ipsum. Ita Aristoteles 1. Gen. t. 88. ubi ait: tunc fieri augmentationem alicujus, quando agens multum superat patiens, mixtionem vero, quando quodammodo aequatur illi, ubi non ait: quando aequatur illi, sed addit, ly quodammodo, ut denoret, ad actionem semper requiri proportionem majoris inaequalitatis.

XIII.

Ad agendum requiritur dissimilitudo majoris inaequalitatis.

Probatur ratione: Quia agens age-

re in passum, est introducere in ipsum formam, quam intendit producere sua activitate; passum vero resistere agenti resistantia formali, est impedire ne agens formam contrariam inducat: ergo quamdiu passum resistit, nunquam poterit agens agere, & tunc agens actu agit, quando passum non amplius resistit: ergo resistantia passivi semper debet esse minor activitate agentis.

XIV.

Dices: Aristoteles 4. de Gen. animal.

reddens rationem, cur actio aliquando dissolvatur, ait, quia agens in agendo repatiatur, interdumve contingit, ut agens plus patiatur, quam agat: ergo agens est aliquando debilius, & consequenter non requiritur in agente major activitas, quam sit resistantia formalis. Respondeo disting. 1. consequens: si considerentur, prout utraque est potentia activa, vel utraque potentia resistiva formalis: concedo: si considerentur, prout in ratione activi & passivi considerari debent, secundum potentiam activam unius & alterius resistivam: nego unam & alteram consequentiam.

XV.

Explicatur per distinctionem Aristoteles in contrarium adductum.

QUAESTIO VII.

An idem possit agere in seipsum actione univoca? ubi & de Antiperstasi.

Facilis hujus rei videtur resolutio quo-

ad primam partem, tum, quia omnes quasi negati-

I.

vam partem tenent, Arefio excepto; tum, quia si agens univocum nequit agere in simile, multo minus in seipsum; nihil enim tam simile alicui, quam ipsummet sibi; unde solum hic dubitatur de actione reflexa: per reflexionem enim videtur eadem qualitas intendi univocè, idem in Antiperistasi conspicitur, quod cum aliqui negent fieri intensionem in reflexione & antiperistasi, asserentes: id solum apparenter fieri & quoad sensum, idè prius examinandum erit, an verè qualitates in reflexione intenduntur, & postea hujus intensionis assignabitur ratio. De Antiperistasi præstabo in hac quaestione, de Reflexione in sequenti.

II.
Describitur
Antiperistasi.

Nota primò: Antiperistasi vocem esse Græcam, Latine significare idem, quod circumobstentiam debilioris contrarii à fortiori, per quam obstentiam contrarium obfidens impedit, ne obfessum ulterius diffundat suam actionem, propter quod vires suas veluti in se colligit, vel aliunde magis intenditur, sic in hyeme aër in cavernis obfessus à frigidiorè aère sit calidior, quam in æstate, idem apparet in aquis putealibus, quæ in æstate frigidiores sunt, cum obfidentur ab aère calidiori.

III.
Describitur
reflexio.

Nota secundò: Reflexionem nihil aliud esse, quam retrocessionem actionis agentis in eadem parte medi, in qua agens actione directâ prius egit, propter adveniens obstaculum intra spheram agentis, patet; quia, si obstaculum esset extra spheram agentis, nihil producere posset, quia virtus agentis esset exhausta. His notatis

IV.
Verè intenditur
qualitas
per antiperistasi.

Dico primò: Tam per Antiperistasi, quam per reflexionem verè qualitates intenduntur. Primam partem habet Philosophus I. Meth. I. Hippocrates lib. I. Aphorismo 15. & complures id suadent experientia: Hoc enim modo hyeme aquæ puteales & fontes sunt calidiores, quasi ad internas partes terræ fugiente labore à frigore, quod eo tempore viget in partibus externis terræ. Æstate verò frigidiores, non solum secundum apperentiam, ut Galenus voluit lib. 3. de Simplicium medicamentorum facultatibus, facultate 3. eò quòd manibus calidis ex calore æstatis tangantur, sed etiam reipsa, cum quâ manu aliæ aquæ non sentiuntur frigidæ in æstate, eadem frigidæ sentiuntur aquæ puteales. Quod eò etiam ulterius patet, quòd puteos & fontes hyeme fumare & calidum vaporem emittere, non verò æstate videamus. Specus item subterraneæ, quæ æstate frigent, hyeme calent, animalium ventres hyeme calidiores, quam æstate, ut docet Hippocrates loco citato, & Arist. 26. Probl. q. 13. unde & largiori cibo egent hyeme, quem etiam tunc melius digerunt, quam æstate. Antiperistasi, inquit Hippocrates, Frigoris causa est, cur pleniori cibo vescamur hyeme, quam æstate, quia videlicet per obstentiam frigoris ventres

incalescunt, & calor internus stomachi efficiunt fortior ac validior ad majorem cibi copiam digerendam. Eadem de causa, qui Regiones incolunt frigidiores, quales sunt septentrionales largiori cibo indigent, quam qui habitant (versus meridiam) Regiones scilicet calidiores, ut notat etiam Aristoteles 14. Probl. q. 8. Calx aqua superfusâ maximè incalescit, adeò ut si sit excellens superposita sibi ligna accendat. Quidam ignes quò magis aqua asperguntur, eò magis incenduntur, ut testatur Georg. Agricola in fine lib. 2. de mineralibus. Et Fabricii fornacis ignem aquæ aspergine magis incendunt. Aqua calida vel tepida frigori exposita citius congelatur, quam frigida: Sicut & aqua in grandinem non crescit, nisi obfistete aère tepidiore, quod utrumque notat Aristoteles 1. Met. Summa. 3. cap. 2. Eadem ex causa res calidæ Solis radiis aliquanto temporis spatio expositæ redduntur frigidiores, ut habet Aristoteles Sect. 24. Probl. Sect. 3. & ipsa aqua frigida Soli exposita aliquantulum redduntur frigidior, ut experientia constat, quæ enim nocturno æstatis frigore est infrigidata, si Solis radiis objiciatur, intra certum tempus frigidior evadit. Aurora etiam tam æstate, quam hyeme frigidior esse solet, cum Sol radiis lustrare & tepescere aërem incipit. Eadem de causa in æstate media regio aëris frigidior est, & tunc potissimum aquæ cadentes congelantur, & in grandinem convertuntur; frigus enim creditur in ea parte occasione caloris, qui tunc viget circa terram, & in superiori parte aëris ratione Elementi ignis. Cubiculum denique Soli obversum, si æstate ejus fenestra modicè aperitur, redditur frigidius, quam si omnino clausa esset fenestra, quod non videtur contingere, nisi, quia frigus in aère cubiculi existens magis intenditur, si ab aère calido extra cubiculum existente liberius impugnetur. His igitur & similibus experientis satis compertum videtur augeri qualitates circumstante & obstentate contrario.

Dices: Illas experientias esse solum apparentes, & non veras & reales, sentimque nostrum decipi, aquasque puteales ob majorem densitatem magis sentiri. Sed contra. Credo ipsum replicantem magis decipi, cum sensum habere vix videatur, nam etiam in æstate manus frigida, frigidam aquam tangat, adhuc sentit eam esse frigidior. Deinde de stomacho planè est manifestum ex meliori concoctione, cum tamen plus comedamus in hyeme, & adhuc melior est digestio.

Replicabis: Perfectiorem concoctionem, quæ in æstate fieri nata est, solum contingere non ex minori calore, sed ex majori, ad concoctionem enim temperamenti requiritur: ergo. Respondeo distinguendo: à calore extrinseco: concedo: intrinseco & naturali: nego: nam tunc calor ambiens aperit poros, & spiritus vitales à calore provenientes, & ad concoctionem juvantes faciliter evaporantur, in hyeme

hyeme verò ex frigore ambiente pori restringuntur, neque Spiritus evaporantur, idè etiam major copia caloris naturalis in eo reperitur.

Probatur 2. p. Agens naturale, cuius

virtus non est exhausta, agit quantum potest in passum potens recipere suum effectum; Sed quando intra Sphæram activitatis agentis occurrit obstaculum, non exhauritur totaliter virtus agentis, & ex alia parte invenitur medium potens recipere intensiorem qualitatem; ergo agens agit in medium actione reflexâ, adeoque illud intendit. Confirmatur: Quia experientiâ videmus in reflexione speculi esse perfectius lumen, quam in alia parte aeris. Ergo lumen tunc intenditur.

Hishabitus, difficultas est, quomodo, & à quo augeantur? Certum est enim productum, vel augmentum unius qualitatis provenire non posse immediate à contrario obfistente. Tum, quia unum contrarium non intendit perficere, sed destruere contrarium, cui obfistit, quod tamen per hanc obfistentiam videtur roborare. Tum, quia unum contrarium in sua virtute non continet aliud. Quomodo ergo efficienter proximè potest illud perficere vel augere?

Primasententia est, huiusmodi

qualitatum intensiorem fieri per species intentionales, ut verbi gratiâ, aquas puteales ætate frigidiores esse, quia species frigoris emissæ ab aqua ad corpus calidum circumfians ab eo reflectuntur, & regreduntur ad aquam, sicque multiplicatæ intendunt frigus illius. Ita Marsilius hæc tamen sententia videtur aperte falsa, quia fingit species intentionales sine fundamento, & facit Instrumentum alterationis materialis. Deinde: Quia species efficienter producuntur à qualitate objecti, tanquam à causa principali æquivoca, ac proinde in essentia perfectiori: Ergo species retractæ versus objectum non possunt efficienter augere in illo qualitatem, quâ sunt imperfectiores, neque enim effectus imperfectius esse efficiens potest. Denique species sunt alterius rationis quam qualitates quarum sunt species.

Secundasententia est: Qualita-

tem à contrario circumseptam, atque ita impeditam, ne se diffundat, sese convertere ad seipsam, & qualitatem, quam produxisset extra se, si impedita non fuisset à contrario circumdante, producere in se ipsa, eâque ratione ipsam se augere, ita Pomponat: Sed contra hanc sententiam est primò: Quia ex eo, quod agens cessat agere in aliud, non fit capax actionis in se. Præterea, quia aut in illa qualitate, quæ augetur circumstante contrario, est virtus naturalis ad intendendum se, vel non? Si sic; Ergo semper efficiet in se illam intentionem, etsi à nullo contrario obfideatur, virtus enim naturalis non impedita naturaliter exequitur vim suam absque alia occasione. Si non; Quantumcumque obfistat contrarium, illam efficere non poterit. Neque enim agere sine virtute activa potest. Simile argumentum fieri potest hoc modo: Aut illa major intensio, naturalis est tali qualitati, aut non? Si sic; Semper ab in-

trinseca natura manebit, nec expectabit necessitatem tuendi se à contrario, ut illam faciat. Si præternaturalis; Ab intrinseco provenire ex ipsamet qualitate nequit. Demum: Quia aut illa intensio qualitatis occasione contrarii circumfiantis, ab intrinseco acquisita, perseverat ablato contrario, aut non? Si sic; signum est, esse naturalem, ac proinde in illo futuram etiam absque circumobfistentia contrarii, si nullum interveniat impedimentum. Si non; ergo nunquam potuit fieri ab intrinseco, perfectio enim manans ab intrinseco, absque extrinseco agente & corruptente non tollitur.

Tertiasententia est: Causam, cur

in Antiperistasi qualitas augeatur, esse præclusionem transpirationis: Quia circumobfistentia contrarii in calidis impedit transpirationem, seu egressionem partium calidarum, quo fit, ut omnes illæ simul conjunctæ fortius agant. In frigidis verò efficit, ut partes calidæ, si quæ sint, per frigidarum partium unionem depellantur. Ita Hippocrates de natura fœtus, & in Aphorismis supra, ibidemque Galenus & quidam Recentiores. Cui sententiæ etiam non nihil favent Conimbricenses Loco citato a. 4. ubi cum Galeno dicunt præclusionem habituum nonnunquam majorem intensiorem qualitatis efficere. Sed contra hanc sententiam est, quod præclusio transpirationis non fit aliter in re, quam per ipsam circumobfistentiam contrarii, nec est aliud in re, quam ipsa circumobfistentia contrarii, unde adhuc Quæstio superest, quæ sit causa intendens illam qualitatem? Quare aliqui dicunt in antiperistasi non produci novos gradus caloris; Sed hoc est contra sensum & experientiam. Alii verò, partes calidas, quæ alias expirassent, se unire, & fortius agere. Sed contra est quia licet partes qualitatis magis unite fortius agant, non tamen possunt producere qualitatem se perfectiorem, ac proinde neque intendere se, cum intensio non fiat, nisi per productionem gradus perfectioris. Deinde: Necessè est, ut hæc sententia concedat non solum qualitatem similem agere in similem, sed etiam idem in seipsum secundum eandem formalem qualitatem. Denique hæc sententia coincidit ferè cum præcedente, unde & iisdem argumentis confutatur.

Ultima, & probabilior sententia est:

Illud qualitatis augmentum fieri, vel ab agente extrinseco, quod per antiperistasin ibi retinetur, alioqui effluxurum: Vel ab intrinseco, recedente per occasionem antiperistasis contrarii corruptente. Notandum tamen, qualitates, quæ per antiperistasin producuntur in subiecto, aut esse connaturales proprietates ejus subiecti, aut præternaturales, vel repugnantes naturæ illius, vel saltè non intrinsecè proprietates illius. Quo posito

Dico secundo: Quando qualitas, quæ

augetur in antiperistasi, connaturalis proprietati est subiecti, intensio illius fit ab ipsa forma substantiali illius subiecti recedente per occasionem antiperistasis contrarii, cujus presentia diminuebatur connaturalis status & intensio illius qualitatis in illo subiecto; Quando

X.
Tertia dicit fieri per præclusionem transpirationis.

XI.
Ultima sententia probabilior.

XII.
Explicatur modus intensiōnis qualitatum per antiperistasi.

Quando verò qualitas illa est præter, vel contra naturam subiecti, vel saltem non est intrinseca proprietatis illius, intensio illius fit ab agente extrinseco, quod occasione circumobstantiæ contrarii ibi detinetur, alioquin effluxurum.

Probatur autem hæc Conclusio primo, ex confutatione aliarum sententiarum. Deinde: Quia per eam congruenter principiis Philosophicis explicantur experientiae, quæ circa hanc rem occurrunt, quod mox patebit de singulis initio adductis.

XIII.

Redditur ratio quare aqua fontana sint frigidiores in æstate, & calidiores in hyeme.

Aquæ puteales & fontanæ,

æstate frigidiores sunt, & hyeme calidiores, quia exhalationes subtiles & calidæ virtute Solis, aliarumque influentiarum Cælestium ex terra æstatis Tempore ab aëre generatæ; Hyemis Tempore pulsæ ab aëre frigido sese recipiunt in partes internas, & poros, atque cavernas terræ, ibidemque à contrario frigore, quod tum viget, obsidentur, ne erumpant; Ibi autem constitutæ calefaciunt aerem subterraneum, unde consequenter aquæ circumdatæ ab aëre calido magis incalescunt. Vel etiam ipsæ exhalationes, dum ascendere conantur, aquæ, quæ sunt subtiliores, miscentur, eaque ratione frigiditatem ipsius temperant. At verò in æstate quando superficies terræ, & aer circa ipsam incalescit, illæ exhalationes subtiles, & calidæ ascendunt & foras erumpunt, retinenturque in aere, illis verò, tanquam connaturali frigori aquæ remotis contrariis, statim forma naturalis aquæ, aquam ipsam ad nativum frigus & statum connaturalem reducit, quod etiam celerius efficit occasione densioris alicujus aeris circumstantis, vel alicujus substantiæ frigidæ subtilis, quæ fugit in æstate ab aere calido, sicut hyeme exhalationes calidæ fugiunt ab aere frigido ad Locum inferiorem, ubi sunt aquæ inclusæ in terra. Eadem causa est, quod specus subterraneæ æstate calidiores sint, hyeme frigidiores, unde Aristoteles dicit, hyemali Tempore Loca subterranea esse calidiora, quia frigus calorem eò adigit. Eadem etiam causa est, cur media aeris regio frigidior sit in æstate, quia videlicet tunc in ea detinentur subtiles aquæ substantiæ frigidæ, quæ fugiunt ab aere inferiore calido circa superficiem terræ, & à lumine per reverberationem, quæ major est in æstate, quam hyeme, quia provenit à Sole propinquiore, qui plus detinetur in nostro horizonte in æstate, quam in hyeme. Ventres hyeme calidiores sunt, quam æstate, quia frigus hyerno Tempore ambiens cutes & poros astringit, ut notat Galenus Loco citato. Et Aristoteles se. 2. probl. q. 29. & externas corporis partes comprimit, unde fit, ut Spiritus animales non ita facile exhalari possint, sed retenti interius, interiores corporis partes largius calefaciant. Inde etiam est, quod hyeme facilius, quam æstate digeratur, quod largiori illac, quam hæc habitantibus, Loca frigidiora, quam calidiora, Brœa spirante, quam alio vento, opus est.

Eadem ratio est de specubus.

Quare ventres sint calidiores.

XIV.

Explicatur quare Calx superfusa aqua incalescat.

Calx aqua superfusa incalescit, non tam per calorem virtualem, qui ab aqua exsuscitatur, ut aliqui volunt, quam quia calidissimæ & siccissimæ exhalationes magnâ co-

piâ in poris calcis inclusæ, aqua, quæ perfunditur, intra poros calcis subeunte condenfantur & comprimuntur, sicque & aquam, & partes calcis calefaciunt vehementius, calefactasque & rarefactas majorem faciunt Locum occupare, inde etiam fit, ut ipsa gleba calcis in partes disrumpatur, indeque magnâ exhalationum copiâ attollatur, quæ etiam, propter ipsarum exuperantiam, quæ meliori calce respondet solet, fit, ut supposita ligna ignem nonnquam concipiant, uti contigit Anno 1669, penes Viennam, ubi ex inundatione aquarum currus calcis succensus in tegrum horreum absumpsit.

Dices: Oleo, quantumvis frigidissimo

superfuso, non incalescit calx, quare ergo incalescit aqua etiam calidâ superfusa? Respondeo: Causam esse, quia oleum ob inditam sibi viscositatem & humiditatem facilius permeans omnes poros calcis, inclusas inibi exhalationes opprimi citius quam condenfantur. Aqua verò, etiam calidâ, condensat & comprimit exhalationes in poris, quæ unite & aquam, à qua condenfantur, & partes calcis calefaciunt.

Jonis in fornacibus magis accenditur

aquæ modicæ aspersione, quia convertit illam aquam in se, & sic magis augetur. Fabri vero ferrarii carbones aqua aspergunt, ne tam facile resolvantur in flammam, & sic magis durent. Humectati enim diutius igni resistunt, & in eadem virtute usui Fabrorum se conservant diutius. Atque hinc etiam redditur ratio, cur ignis ex viscosa materia generatus non tam extinguatur, quam alatur in aqua. Ratio enim est, quia ob viscositatem materiæ illius, aqua poros ignis subintrare non potest, sed tantum adheret materiæ ignis, cuius proinde actione convertitur in ignem, sicque auget ipsum. Aqua calidâ & tepidâ facilius congelatur, non ratione circumobstantis contrarii, sed, quia ratione caloris rarior est, & sic facilius patitur à contrario, & quia siccior est, quam frigida, quæ etiam de causa Brœa spirante, qui ventus maximè est siccus, maxime gelantur aquæ, flante autem vento humido, licet valde frigidus, non item, nisi forte ante ob calefactionem nativam humiditatem amiserit. Causa eadem est, cur aqua in grandinam concresecat; Nihil enim aliud est erando, quam pluvia congelata, ut ait Aristoteles 2. Met. c. 2. Et Plinius lib. 2. c. 60. grandis est imber, inquit, congelatus. Res calidæ Soli obiectæ aliquando non nihil refrigerantur, quia virtutem Solis extrahunt vapores calidi, qui intra eam existunt. Aqua nocturno frigore infrigidata, Solis radiis æstate aliquantulum obiecta fit nonnihil frigidior, quia humores aquæ intra poros vasis, quod continet aquam, inclusi, qui aere nocturno maximè fuerunt infrigidati, actione Solis ad interiores vasis detruduntur, sicque aquam frigidiorē reddunt, magis vel minus, prout magis, vel minus porosum fuerit vas. Unde si illa aqua noctu infrigidata in aliud vas transferatur, quod siccum sit, licet Solis radius exponatur, non magis infrigidabitur.

Aurora

Aurora Sole oriente frigidior aestate est, quia eo potissimum Tempore ros cadit de Caelo. Vapores enim modici tenues & subtiliter interdiu Solis calore attracti, eo absente per aliquod Tempus, indita sibi levitate ascendunt; Postquam verò ulterius ascendere, (quia propter paucitatem & subtilitatem facile amittunt calorem) non possunt aliquantisper consistere, donec infrigidentur, & eorum levitas remittatur. Tunc verò nocturno frigore in minimas guttas concretas lentè descendunt. Tum propter exiguam levitatem, quam habent, tum propter magnam copiam aeris illi resistentis, atque in his omnibus nox transiit, ubi verò Sol Horizontem ascendit & oritur, terræ appropinquat velocius, & sua præsentia aërem infrigidat, sicque eo Tempore aër frigidior sentitur. Quod autem ros in aestate, hoc hyeme facit pruina, quæ ipsa quoque nihil est aliud, quam vapor modicus & tenuis à Sole elevatus, qui in supremam aëris regionem evadere non potuit nocturno frigore congelatus. Unde non aliter inter se differunt ros & pruina, nisi quòd ut Plinius l. 2. c. 60. ait: Pruina fiat ex calido rore. Cum autem nec in aestate ros, nec in hyeme pruina cadit, causa majoris frigoris in aurora est, quia calor causatus à Sole interdiu ob longiorem Solis absentiam à terra magis remittitur, & frigiditas à naturali virtute magis augetur. Quòd denique cubiculum Soli obversum si modice Solis radios per fenestram excipiat, evadat paulò frigidius est, quia Solis vi exhalationes calidæ ex eo extrahuntur, quibus extractis consequenter frigidior manet aër. Patet igitur ex dictis, quomodo per antiperistasin intendatur Qualitas, nec unquam necesse esse, concedere in hujusmodi alterationibus agere in seipsam. Hac de actione per antiperistasin. Sic igitur

QUAESTIO VIII.

De intensione qualitatum per Reflexionem.

I. Progreddior ad explicandam intensiōem qualitatum, quæ fit per reflexionem; Vel potius causam, à qua provenit effectivè talis qualitatis intensio. Ex dictis enim, & ex experientia constat, qualitates quasdam cum in certa corpora impingunt, reflecti; Ut species visibiles à speculo ad oculum, imago Soni, vel Echo à Loco concavo aut flexuoso ad aures, lumen à corpore opaco, idque tanto magis, quanto id magis opacum & tersum est. Unde aer, si omnino purus est, nihil Luminis reverberat, vitrum nonnihil, Crystallus & alii quidam lapides paulò plus, omnium maxime Metalla expolita. Constat etiam experientia, per reflexiones quasdam qualitates intendi, sic enim cum Sol directè calefacit aërem & terram, calor aeris, intenditur ex reflexione terræ, & Lumen aeris ex reflexione speculi.

II. Observandum tamen: Qualitates hujusmodi dici reflecti, non quasi ea cum proprietate reflectantur, quæ pila reflectitur allisa corpori & duro & denso; Neque accidens

migrare de subiecto in subiectum naturaliter potest, sed quatenus ratione corporis objecti, à quo impediuntur, ne se diffundant ulterius, iterum versùs agens, à quo procedunt, diffunduntur, quæ diffusio Metaphysica reflexio. Qualitatis dicitur propterea, quòd eà ratione reverti videatur ad principium, à quo procedit, ut pila parieti allisa ad projicientem revertitur. Est autem hujusmodi reflexio, vel directà, quæ nimirum per eandem lineam reflectitur qualitas versùs agens, à quo producta est: Vel obliqua, quæ non per lineam rectam, sed obliquam: Difficultas ergò est, quænam causa sit intensiōis & augmenti hujusmodi qualitatis, quæ crescit per reflexionem? Ad quam difficultatem

Dico: Quando qualitas crescit per reflexionem directam, causa illius intensiōis est illud agens, quòd eam directè produxit, parique ratione, quando per reflexionem obliquam.

III. Causa reflexiōis est agens principale.

Prima pars probatur: Quia cum illius intensiōis causam esse necesse sit, ea erit vel ipsa qualitas, quæ intenditur; Vel species intentionales ab illa dimanantes; Vel corpus ulteriorem diffusionem per lineam rectam impediens; Vel denique agens, quòd directè produxit eandem qualitatem; Quæ enim alia causa particularis assignari possit, non apparet. Non ipsa qualitas primò, quia qualitas similis alteri in gradu & multitudine formæ agere non potest in illam, & consequenter nec intendere illam, ut patet ex dictis: Ergò multò minus poterit intendere seipsam. Deinde quia gradus, per quos augetur illa qualitas per reflexionem, perfectiores sunt iis, quos antè habet: Ergò cum imperfectius non possit producere id, quòd est perfectius, intendi non poterit à se ipsa. Nec valet, quòd aliqui respondent, qualitatem esse causam suæ dispositionis, ut Instrumentum agentis, à quo primùm est producta. Cum Instrumentum semper sit diversæ rationis ab effectu, qui per Instrumentum producit, & ab agente, cujus est Instrumentum; Qualitas autem directè & reflexè producta sunt ejusdem speciei, cum una intendat alteram. Non species intentionales, quòd iisdem argumentis confutatur, uti prima sententia præced. quaestione. Non corpus impediens ulteriorem diffusionem qualitatis: Tum, quia nulla adfertur ratio, cur illi corpori tribuenda sit hujusmodi intensio per reflexionem. Tum, quia nil videtur absurdius, quam, ut ali-quod corpus opacum nullam penitus in se lucem habens, imò & incapax lucis, Lumen à luminoso productam intendat: Ergò causa intensiōis hujusmodi qualitatis per reflexionem erit ipsum agens, à quo primùm producta fuit. Confirmatur ex D. in. 2. d. 13. q. 11. asserente: Si obstaculum esset agens effectivum reflexiōis, nunquam reflexio fieret obliquè, & secundum lineam determinatè oppositam lineæ incidentiæ; Quia omne agens agit, inquit, Sphæricè, vel Semisphæricè, si ex una parte impediatur: Ergò obstaculum per Lumen receptum deberet ubique reflectere, hâc ratione probatur; obstaculum in nullo casu effectivè concurrere, unde solum est conditio necessariò sequi-

requisita, quæ si non adesset, agens ulterius suam actionem protenderet, ex eo; Quia videmus, quod obstaculum est tertius densiusque, eod fieri majorem reflexionem, cum tamen densitas, opacitas, & tertitas non sint rationes agendi.

Secunda pars Conclusionis eadem etiam ratione probatur: Quia quæ alia causa sit illius intensificationis, non apparet.

IV.

Pars remota in casu reflexionis est propinqua.

Dices: Agens naturale in parte propinquire & magis applicata producit effectum intensiorem; Unde commune illud: Agentia naturalia in Sphæra illa agunt uniformiter difformiter. Ergo intensior illa qualitas per reflexionem directam, tanquam à causa esse non potest ab agente, quod directè eandem produxit qualitatem. Respondeo in eo casu partem remotiorem magis esse applicatam agenti, quam minus remotam, quia applicata est illi, tam per actionem rectam, quam per reflexam operanti cum tamen minus remota solum applicata sit illi ut operanti per operationem directam, fieri autem potest, ut prior applicatio melior sit, & consequenter effectus, qui consequitur ad illam, magis intensus: Quare, licet omne agens, & alterans naturale actione directâ uniformiter difformiter agat in partes passivi, eandem virtutem receptivam & dispositiones habentes, quia semper partes passivi minus & minus sunt applicatæ agenti, in actione tamen reflexa Locum non habet, propter rationem dictam.

Dixi verò, in partes eandem virtutem receptivam & dispositiones habentes, quia si non sit uniformitas in virtute receptiva & dispositionibus omnium partium passivi ut verbi gratiâ, si in parte remotiori sit minor resistentia quam in viciniore, &c. fieri poterit, ut in parte remotiori intensior producat qualitas, quam viciniore.

V.

Quomodo plus requiritur ad intendendam quam ad producendam directe qualitatem.

Dices secundo: Plus requiritur ad intendendam aliam qualitatem, quam ad producendam aliam similem, vel remissiorem in alio subjecto: Ergo si agens actione directâ produxit in medio calorem, verbi gratiâ ut tres, non poterit per reflexionem intendere: Probatur consequentiâ; Quia ex adventu obstaculi non augetur virtus agentis intrinsicè: ergo. Respondeo: Distinguo antecedens. Plus requiritur virtutis ad intendendam qualitatem reflexè, quam ad aliam similem producendam: nego: Ad intendendam actione directâ: Concedo antecedens, & nego consequentiam. Non est ergo opus, ut ad intensificationem reflexam augeatur virtus agentis, sicut requiritur ad intendendum directè, quia intensio reflexa fit per eandem omnino actionem, per quam fieret extensio qualitatis directæ, & quia agens propter obstaculum impeditur, ut exerceat suam actionem extensivè, reflectit eam, & sic intendit qualitatem mediam.

VI.

Spatium per quod fit reflexio nequit esse tantum quantum est directum.

Quæres: Utrum spatium, per quod reflectitur qualitas versus agens, tantum esse possit, quantum est illud, per quod, si nullum esset obstaculum directè, diffunderetur.

Respondeo negativè, & patet responsio in Lumine, quod sive directè, sive obliquè reflectatur, non reflectitur nisi ad breve spatium, quod tamen remotò obstaculo ad maximum spatium produceretur; Reflexio enim Lucis à Sole dimanantis vix mediam aeris regionem attingit, quæ tamen, si non obfisteret terra, usque ad Cœlum Lunæ produceretur in directum: Unde Luna, cum inter ipsam, & Solem terra non interponitur illuminatur à Sole, cum interponitur, non illuminatur. In speculis etiam non directè, nec obliquè ad tantam distantiam species reflectitur, ad quantum produceretur, si speculum objectum non impediret actionem directam objecti speciem emittentis. Quæ etiam de causa ad majorem distantiam alius videre nos potest, quam ipsi nos in speculo possumus. Ratio autem alia reddi non potest, nisi, quia talis modus agendi naturalis est naturalibus agentibus.

QUÆSTIO IX.

An omne agens repatiatur in agendo?

Notandum: Reactionem esse actionem reciprocã, quatenus dum agens agit in passivum, passivum ipsum in agens revertitur reagendo (sicut repassio est reciproca passio) in qua actione mutua illud dicitur agens, quod est fortius; Patiens verò, quod est debilius, cum hoc tamen fiat, quod patiens reagat aliquid in fortius, quæ ratione patiens dicitur reagens, & ejus actio dicitur reactio, agens verò dicitur repatiens, & passio ipsius appellatur repassio, quia tamen actio agentis fortioris est victoriosa, hinc illa dicitur absolutè actio, & quia actio passivi est minus fortis, & sine victoria, dicitur reactio; Passio agentis dicitur repassio; Passio debiliore, seu passivi dicitur absolutè passio, quia vincitur, non vincit; Hinc ut inter aliqua detur reactio, debent communicare in materia, ut docet Aristoteles 1. Gen. 13. spirituale enim non potest pati corporali, non tamen sequitur semper, ut ambo habeant potentias activas contrarias, secundum quas motus in se reagant, ut clarè deducitur ex Scoto 4. d. 44. q. 2. infra D. dicit enim calorem naturalem ex continua actione in cibum debilitari, & tamen clarum est, alimentum nihil in calorem naturalem producere, sed solum, ut in substantiam aliti convertatur, resistere, quam tamen resistentiam Scotus appellat reactionem, cum per illam debilitetur calor naturalis resistat cujuscunque agentis aliquid; passio resistentem recipientis; Dicit itaque Scotus in 2. d. 1. q. 4. un. H. corruptionem ab intrinsicè dupliciter contingere, vel per contrarias qualitates in una parte Organica existentes, agentes in qualitates alterius partis, eas alterando; Secundo ex actione continua caloris naturalis in alimentum, quod solum calori resistit, unde etiam Adam habuisset posse mori, etiam nullo extrinsecè humido radicali ex continua actione caloris naturalis. Itaque repassio, & reactio inter solas qualitates contrarias non solum fit, verum etiam inter formas agentem, & resistentem, & tunc dicitur

fitur agens repatiens non positive, quasi quod aliquid in se recipiat, sed negative pro quanto detinetur, ne ita citò & expedite, vel ita intense formam inducat, quam intendit inducere. Hoc notato

Dico I. Inter qualitates contrarias activas vere datur reactio. Ita Aristoteles 1. Gen. t. 53.

Probatur primò, multis experientis; quia aqua frigida calidam superinfusa illam refrigerat & se calefacit, unde tota aqua evadit tepida, quod non provenit, nisi ex mutua reactione caliditatis in frigiditatem: ferrum calidum injectum in aquam frigidam frigit etiam secundum partes solidas & aqua calefit: Manus calida tangens frigidam illam calefacit, & ab illa refrigeratur.

Probatur secundò Ratione:

Quodcumque agens, passum debite approximatum habens, naturaliter in illud agit, sed quando contraria, puta calidum & frigidum, sunt simul approximata, quodlibet illorum respectu alterius se habet vel ut agens, vel ut patiens, vel ut repatiens & quodlibet illorum est activum; ergo quodlibet illorum in aliud agit vel reagit. Deinde: quælibet res, quantum est ex se, intendit se conservare, consequenter corruptenti, quantum potest, resistit & in illud reagit, virtutem ipsius debilitando & impediendo. Denique qua non posset aliter fieri mixtio, in mixtione etenim elementa inter se attemperari debent secundum qualitates, quod fieri nequit, nisi ad invicem agant & patiantur.

Dices: Sequeretur, quod agens nunquam possit sibi assimilare passum, quia semper debilitaretur, & consequenter non posset reducere passum ad gradum, quem habebat, verbi gratia, frigidum ut octo, agendo in calidum ut sex, si tale calidum reagit in frigidum aliquid caloris producendo, talis enim productio non fit sine amissione alicujus gradus frigoris, illi gradui caloris impossibilis; ergo cum frigidum ut octo jam amiserit unum gradum frigiditatis, nunquam poterit producere frigidum ut octo, ne effectus in perfectione excedat causam. Respondeo cum Scoto 1. d. 17. q. 3. RR. SS. dist. Antecedens; agens univocum, concedo, & hoc frequenter necessarium est, propter varias operationes exercendas & generationes per miscibilium mixtionem: agens æquivocum, nego, quod sicut potest agere in simile secundum gradum, imò in perfectius, poterit etiam assimilare sibi passum: unde, quando aqua reducit se ad pristinam frigiditatem, productio frigoris in aqua est actio æquivoca, non univoca, quia provenit à forma substantiali ipsius aquæ, non à frigiditate in aqua existente, sicque cum fuerit repassa solum retardative & impeditivè, sublato impedimento omnino poterit sibi simile producere.

Riccardus Suiffet, qui à solertia arguendi per calculationes calculatoris nomen accepit, contra Conclusionem nostram opponit rationem, quæ quibusdam Philosophis insolubilis quodammodo videtur; scilicet: si daretur reactio secundum eandem contrarietatem, sequeretur, idem moveri motibus contrariis, quod implicat: ergo. Probatur sequela, sit ignis
F. Amandi Hermann Physica.

agens quantitatis palmaris calidus ut octo, & medietas illius sit intra spheram activitatis sui contrarii, verbi gratia aquæ, tunc aqua reagit in illam partem ignis intra suam spheram existentem, non agendo in aliam partem ignis aliquid in ipso producendo, tunc ignis movebitur motu frigoris, movebitur etiam motu ignis partis non repassæ, cum sit illi debite applicata, nihil enim est magis applicatum, quam pars continua suæ parti: ergo repassa pars movebitur motibus contrariis, scilicet frigiditatis & caliditatis. Respondeo negando sequelam: ad probationem dico, partem non repassam prius agere in aquam virtutem ipsius debilitando, & pro parte repassæ resistendo, quamvis sit proximior parti repassæ, nam quando agentia naturalia agunt circa idem subjectum in eodem impossibilia producendo, unum illorum habet primò impedire actionem productivam alterius, quam in passum propinquius sibi agat, ita postulante ordine naturali, ne impossibilia in idem inducantur; sic in proposito: pars ignis non repassæ primò impedit actionem aquæ in partem repassam, quam calorem suum inducat, quæ impedit partem repassam reducere ad pristinum gradum. Deinde: non videtur adhuc moveri simul motibus contrariis, quia frigiditatem prius debet aqua in partem repassam inducere, quam pars non repassæ agat in ipsam, cum in hanc partem non repassæ agere non possit, nisi prius inveniat ipsam sibi dissimilem, quod fit per frigus introductum.

Instabis: Supponimus illa contraria æqualis esse activitatis, & partem ignis non repassam esse extra spheram activitatis ipsius aquæ, & aquam esse extra spheram activitatis partis non repassæ: ergo in aquam agere non poterit, poterit tamen in partem non repassam propter conjunctionem, ergo idem movebitur motibus contrariis. Respondeo; in tali casu partem ignis repassam agere solum in partem ignis repassam, non aliquid producendo in ipsa, propter datam rationem, sed pro illa pugnando, adjuvando & conservando, proinde aqua debet vincere, & resistantiam partis repassæ pugnantis pro se ipsa, & resistantiam partis non repassæ pugnantis & adjuvantis partem repassam, itaque indirectè resistit ipsi aquæ, licet sit extra suam spheram, propter quod non potest in illam directè agere vel resistere.

Dico 2. Non solum inter formas accidentales & contrarias datur vera reactio, sed etiam inter formas substantiales. Colligitur ex Scoto 4. d. 13. q. 3. d. & S. ubi dicit: Formam ignis resistere corruptenti gradum caloris, ab ipsa forma determinatum ad sui esse, cum ad corruptionem talis gradus sequatur corruptio ipsius formæ: ergo si talis forma resistit pro eo, quod requiritur ad suam conservationem, multò magis pugnabit pro se ipsa agendo, & resistendo corruptenti directè, veluti est alia forma substantialis sibi opposita, quamvis nihil sui producat in tali forma, cum una forma substantialis disparata naturaliter non possit existere cum alia.

Dices: Actio substantiæ est simpliciter perfectior, quam sit accidentis actio: ergo si forma substantialis reagit, nunquam posset ab actione accidentis vinci, sed &c. ergo.
M m m m Patet

Solvitur argumentum Calculatoris.

V

VI

Etiam inter formas substantiales datur vera reactio.

VII

II.

III.

IV.

Patet major, quia ipsa substantia est perfectior, quam sit accidens: ergo & actio. Respondeo neg. sequelam majoris; unde potest actio substantiae vinci ab intensiori actione accidentis: nam licet ad actionem cum victoria semper requiratur proportio majoris inaequalitatis, hoc tamen non est intelligendum de proportione majoris inaequalitatis secundum entitatem, sed secundum activitatem.

VIII.

Dices secundò: Si forma substantialis reageret in formam impossibilem sibi ita, quòd detur inter eas vera reactio & repas-

sio, certè deberet aliquid produci à forma substantiali reagenti in substantiali forma repassiva, mediante quo dicitur repassiva, cum implicet aliquid dici repassum, nihil prorsus in se recipiendo; sed hoc esse non potest, alioquin pro aliquo instanti formae substantiales essent simul: ergò. Respondeo disting. sequelam majoris, si inter illas daretur vera reactio & repassio positiva; concedo, quòd agens debeat aliquid in repassum producere; si daretur solum actio retardativa & impeditiva, nego sequelam majoris & consequentiam.

DISPUTATIO II. DE ELEMENTIS.

Duabus ductus rationibus hic de Elementis agendum statuitur, tum, quia ipsa sunt qualitates primarum, de quibus superius, subjecta; tum, quia ex Elementis omnia mixta componuntur, & alia corpora ex ipsis generantur, adeoque de generatione actus notitia praevia Elementorum necessaria omnino videtur. Itaque sit

QUAESTIO I.

Quid & quotuplex sit Elementum?

I.
Elementum
multipliciter
sumitur.

Elementum ex vi vocabuli generatim sumptum, omne illud significat, ex quo aliquid efficitur; proinde ejus nomen, Principis generationis, litteris, ex quibus oratio primò constituitur, & in quas ultimò resolvitur, & aliis similibus accommodari solet; in propria verò significatione accipitur pro aliquo corpore rationem specialem habente, quare potius appelletur Elementum, quam aliquid aliud; & in hac propria significatione definitur à Philosopho 3. Cael. t. 31. Elementum est illud corpus, in quod alia corpora dividuntur, quod inest potentia, aut actu, ipsumque est indivisibile; quare definitio communiter ab omnibus recipitur, quam etiam

II.
Quid sit elementum proprie dictum.

Dico I. bonam esse. Est contra Ariagam.

Probatum primò, ex Autoritate SS. Patrum Augustini lib. de quant. Anim. c. 1. ubi dicit: Si, cum quaeritur, ex quibus sit homo compositus, respondere possem, ex anima & corpore, de corpore si quaeras, ad illa Elementa quatuor recurram: lib. 8. Civit. cap. 5. Ex quatuor Elementis, Terra, Aqua, Aere, Igne corporali corporeus mundus compactus est: lib. 3. lib. arb. c. 5. Atque ex his quatuor Elementis alia innumerabiles nobis, numeratae autem Deo rerum species, formaeque variantur. Et, quòd omnia in ipsa resolvantur, clarè docet lib. 22. Civit. lib. 7. Gen. litt. cap. 17. & breviter in Pf. 62. ubi ait: Omnia in illa Elementa mundi eunt, unde primò venerunt, quando facti sumus. D. Bernardi Serm. 81. in Cant. Solvuntur pariter & dissolvuntur, tanquam non alligatae tantum, sed colligatae. Neg. enim simplex est quaeque harum (rerum sensibilium) sed ex pluribus constans, & propterea non redigitur in nihilum, sed desinit in partes, ut ad suum quodque recurrat principium, verbi gratia, aer ad aerem, ignis ad ignem & reliqua in hunc modum. Item tract. de Amore Dei c. 10. Unumquodque recurrit ad suum Elementum & tunc facta est plena dissolutio, cum horum omnium facta fuerit in locum suum restitutio. Ergò Elementum bene describitur, esse illud, in quod alia corpora resolvuntur.

Probatum secundò Ratione:

Quia absque superfluitate, vel defectu explicatur naturam Elementi, quod patet ex ejus declaratione. Dicitur: *illud Corpus*, ut excludatur materia & forma, ex quibus, licet corpus, tanquam ex partibus fiat, non sunt tamen ipsa corpus; Dicitur *in quod alia corpora* (intellige generabilia & corruptibilia) *dividuntur*, seu resolvuntur, via scilicet generationis & corruptionis, quatenus ex aliis corporibus, sive immediate, seu mediate fit Elementum; Additur *quod inest potentia aut actu*, tum, ut abstrahat Philosophus à difficultate, utrum virtualiter, vel formaliter Elementa continentur in mixtis, tum, ut fiat, licet unum Elementum ex alio fieri possit, tamen unum in aliud dividi non possit; quia unum in alio, nec actu, nec potentia, seu nec virtualiter, nec formaliter continetur, ad hoc autem, ut unum in aliud resolvatur, debet prius aliquo modo in illo contineri: Ponitur tandem *ipsumque est indivisibile*, subaudi in alia corpora specie diversa, tum, quia in materiam & formam dividi possunt, quae sunt res & substantiae, non tamen corpora: tum, quia in partes integrales dividi possunt, quae tamen sunt ejusdem rationis, tum denique, quia, si posset sic dividi, non esset primum Elementum, sed illa corpora, in quae resolveretur. His primae particulae quaestio satisfactum puto: pro secunda

Dico 2. Quatuor tantum dantur Elementa: videlicet, Ignis, Aer, Aqua & Terra. Haec est communis.

Probatum primò: Autoritate D.

Augustini Serm. 63. Diversi. c. 23. ubi ait: *Notissima sunt quatuor primordia, quibus corpus constat*, lib. 2. de Morib. Manich. c. 8. *Quatuor ipsae, quae in promptu sunt Elementa, quae dubitat prodigiis convenientiam.* Supponitque saepius D. Bernardus & licet communis sit, ratione tamen probatu difficilis est. Aliqui eam ex quatuor combinationibus primarum qualitatum probant; alii ex quaternario loco infra Coelum; verum unde constat, non posse fieri plures, aut pauciores primarum

marum qualitatuum combinationes? Deinde: quis demonstrat dari quatuor loca distincta occupabilia ab Elementis magis, quam duo. Itaque Conclusionem nostram hac probo ratione, quae inter alia melior mihi videtur. Quia defectus datur Ignis, Aer & Terra, ac Aqua, quorum quodlibet est Elementum, & nihil aliud defectus datur, quod sit Elementum: ergo sunt quatuor tantum Elementa: Antecedens, quoad primam partem, difficultatem non habet; probatur ergo quoad secundam, quia quodlibet aliud corpus constat ex illis, & est resolubile in illa, nec unum ex illis est resolubile in alia corpora: ergo quodlibet ex illis est Elementum; quod denique nullum aliud praeter ea sit Elementum. Probatur: Quia nullum aliud corpus est assignabile, quod non sit resolubile in alia corpora specie distincta: ergo nullum aliud corpus est Elementum.

IV. Dices: Ignis est resolubilis in aerem & aquam: ergo non est Elementum. Probatur Antecedens; ex igne fit aer & aqua: ergo erit resolubilis in illa. Probatur Consequentia: Ideo mixtum est resolubile, quia ex ipso possunt fieri corpora diversa: ergo si ignis est resolubilis non erit Elementum, aut si aqua & aer ex ipso fiunt, erit resolubilis. Respondeo negando Antecedens cum probat: Consequentiae, ad cuius probationem, nego Antecedens; non enim ideo dicimus praecise corpora mixta esse resolubilia in alia, quia alia possunt fieri ex ipsis, sed, quia ex ipsis possunt fieri alia corpora, quae in resolubilibus continebantur, in igne autem nec aer, nec aqua continetur.

V. Instabis: Aer & aqua non fierent ex igne, nisi contingerentur in ipso; ergo cum fiant vel formaliter, vel virtualiter contineri in ipso debent, adeoque falsum est in ipso non contineri. Respondeo disting. Antecedens: nisi contingerentur in ipso, quatenus possunt educi ex potentia materiae ipsius, concedo Antecedens; quatenus ipsimet formaliter in ipso igne contingerentur, aut quatenus ipsorum virtutes, hoc est, qualitates primae, in ipso continentur, nego Antecedens. Quando ergo dicimus, quod Elementa non contineant alia corpora, sensus est, quod alia corpora nec secundum se formaliter, nec secundum qualitates suas primas connaturales in ipsis contineantur actu.

QUESTIO II.

An Elementa sint generabilia & corruptibilia? Et an quodlibet in quodlibet possit immediate converti?

I. Empedocles cum aliis antiquioribus Philosophis asseruit quatuor Elementa ingenerabilia & incorruptibilia esse substantialiter, quamvis sint secundum qualitates alterabilia, consequenter non distinguebat materiam primam ab Elementis, sed dicebat, ipsam esse quatuor Elementa, quae ad generationem mixtorum, veluti subiectum receptivum concurrunt, & quia materia formaliter in composito per ipsam constituto manet, ita pariter affirmavit, Elementa formaliter remanere in mixto, quam opinionem plures alii secuti sunt Philosophi; F. Amandi Hermann Physica.

verumtamen ob leve fundamentum à communissima Peripateticorum sententia non est recedendum, cum qua

Dico I. Elementa omnia sunt generabilia & corruptibilia. II. Elementa sunt generabilia.

Probatur primò, Authoritate D. Augustini lib. de Fide & Symbolo circa finem, ubi non modo docet esse generabilia & corruptibilia, sed etiam quodlibet in aliud posse converti. Verba ejus sunt: Si ab eo quæras (Philosopho) utrum terra possit in aquam converti, non videtur ei incredibile. Rursum si quæras, utrum aqua in aerem, neque hoc absurdum esse responderet; vicina enim sunt sibi. Et de aere si quærat, utrum in æthereum corpus (ignem) jam ipsa vicinitas persuadet (supple saltem mediatè) Quod ergo per hos gradus fieri posse concedit, ut terra in corpus æthereum convertatur, cur non accedente Dei voluntate, quæ corpus humanum super aquas potuit ambulare, celeritè id fieri posse sine ulla gradibus credit, sicut sumus plerumque, miræ celeritate in flammam convertitur.

Probatur secundò experientie: Videmus enim ignem quotidie corrumpi & in aerem transire, flamma etenim candelæ ad aliquod tantum spatium lucet, & postea in aerem convertitur, idem conspicitur de aliis flammis.

Dices: Flammam in aerem non converti, sed in se ipsa permanere, licet propter suam raritatem non appareat, nam si quis supra candelam in eo loco, ubi ignis non apparet, chartam extendat, illa concipiet flammam, vel etiam volitabit sursum tendens: ergo. Contrà: si flamma & ignis ille non converteretur in aerem, in cubiculo undequaque clauso, post aliquod temporis spatium tanta ignis copia esse deberet, ut vestes & quodcumque aliud combustibile combureret, essetque tale cubiculum inhabitabile, quia non posset respirari, imò esset ignis & aeris penetratio vel si condensarentur, conspici deberent: neque instantia de charta aliquid valet, nam licet pro aliqua distantia talis flamma, vel potius exhalationes ignitæ aliquid producant & in esse permaneant, non tamen sequitur, quod semper & pro quolibet tempore in suo permaneant esse & conserventur; alioquin chartam illam in quacunque distantia posset comburere.

Probatur Conclusio adhuc aliâ experientia: Si in vas plenum aqua ferrum ignitum, aut titio immergatur statim ignis extinguitur, nec amplius in ferro candente vel titione reperitur: ergo necessariò talis ignis in aliquod aliud corpus conversus est.

Dices: Talem ignem in simili casu foras evaporare. Contrà si vas illud esset in superiori parte oclusum, ignis non posset evaporare, vel si in orificio, è quo totus ignis exhalare deberet, esset stappa vel pulvis tormentarius applicatus, ab igne illo evaporante stappa comburi deberet & pulvis accendi, quod tamen non apparet, signum adeoque evidens est, ignem non evaporari è tali orificio. Sed in contrarium

Arguitur hoc argumento: Si ignis in aerem converteretur, deberet ipsius caliditate

M m m 2 corrump-

III. Flamma candelæ non manet insensibiliter.

IV. Aliâ experientia.

V. Ignis tunc non evaporat.

corrumpere, sed aer hoc præstare nequit; ergo. Probatur minor; quia si calorem ipsius corrumpere, vel saltè remitteret, deberet hoc facere vel per calorem, vel humiditatem aeris, non à calore, quia non est ipsi contrarius, non ab humiditate ob eandem rationem; ergo cum in aere non sit corrumpens, vel remittens calorem ignis, quæ tamen corruptio est necessaria, ut ignis in aërem convertatur, non poterit ipse ignis in aërem converti. Respondeo: calorem ignis corrumpi ab humiditate aeris, licet non per se, cum illi non contrarietur, ut constat in aqua summè calida, saltè tamen per accidens illi contrariatur, pro quanto scilicet, quòd summa humiditas aeris destruit & contrariatur siccitati ignis, ad cuius destructionem sequitur indirectè calor destructio.

VII.

Instatur: Calor est maximæ activitatis & humiditas minimæ: ergo humiditas non poterit destruere calorem, sive per se, sive per accidens, seu directè, seu indirectè, quia calor ignis semper pugnabit pro conservatione propriæ siccitatis, ob conservationem sui. Respondeo disting. consequens: ergo humiditas nequit corrumpere calorem, si sint in æquali proportionem cum calore, concedo: si sint in majori virtute & proportionem diversa, nego. Unde humiditas ut quatuor, non destruet calorem ut quatuor, ponendo tamen calorem ut quatuor, humidum ut octo, humiditas calorem destruere poterit, unde ut aer destruat ignem, non debent tot partes ignis poni, quot aeris, sic enim aer in ignem cum victoria agere non poterit.

Urgetur Argumentum: Licet sit sic major virtus unius præ altero, ratione multitudinis partium, non potest tamen in tantum ex-crescere, ut resistentiam alterius vincat; ergo virtus aeris nunquam corrumpere poterit calorem ignis: Probatur Antecedens; si ampulla vitrea aere plena bene obturata ponatur in aquam, quamvis longissimo ibi existeret tempore & plurimum frigeret, tamen ille aer nunquam in aquam converteretur. Respondeo, negando Antecedens: ad probationem dico, hoc non provenire ex defectu virtutis aquæ, sed ideò, ne detur in rerum natura vacuum, aer enim ille condensari deberet & minorem occupare locum.

Aer ampullæ aeris non possit in aquam converti.

VIII.

Aer non est convertibilis in ignem.

Dico secundò. Non omnia Elementa symbola possunt immediatè in se converti, licet possint aliqua. Est Scoti 4. d. 47. q. 2. Secunda pars probata manet ex superiori Conclusionem;

Probat ergo prima: Aer non convertitur immediatè in ignem, nam superior pars aeris vehementer inflammatur, ita, ut secundum Scotum 2. d. 17. q. 2. infra P. in illa parte non possit consistere paradisi terrestri, quia propter nimium calorem non est ibi habitatio conveniens naturæ humanæ, neque naturæ mixtorum: ergo si aer esset in ignem convertibilis, certè cum ibi ille aer sit vehementer inflammatus, in ipsum ignem converteretur, & ita ignis in propria semper cresceret sphaera, totam superioris aeris regionem convertendo, in infinitum excresceret, cum nihil de ipso destrueretur, utpote qui existit in proprio & connaturali suo loco.

Probatur secundò: Quia ex Scoto in 4. supra §. de secundo: Aer debet in fine mundi purgari per ignem, juxta illud Pl. 96. Ignis ante ipsum præcedet, quæ deparatio fiet per consumptionem impuritatum, vaporum & aliorum mixtorum in aere: ergo si aer est purgandus per ignem, sequitur ipsum aërem non esse in ignem convertibilem, quia sicut ignis illa corpora impura & vapores destruet, pariter destrueretur aer, si aer esset materia proportionata, nam agens naturale debetè approximatum passo proportionato, à sua activitate detineri nequit; & refugere ad miraculum, seu divinam potentiam, hujusmodi actionem impediendam, omninò superfluum est, ad quid enim purgaret aerem per ignem ab impuritate, si est necesse, actionem ignis impedire? consultius itaque esset ipsum mundum per aliquam aliam causam purgare, impuritates aeris consumendo, vel ipsum Authorem annihilare, vel in aërem convertendo: ergo.

Dico tertio: Nullum Elementum dissim-bolum potest immediatè converti in alterum dissim-bolum. Ita Ruvius 2. de Gen. c. 6. q. 3.

Probatur primò universaliter: Quia non potest fieri transitus de extremo in extremum, nisi per medium, sed Elementa dissim-bola sunt extrema talia: ergo. Major patet: quia semen non transit statim in formam corporis, sed prius in formam embryonis, postea in formam sanguinis & tandem carnis.

Probatur secundò: Specialiter de terra & aere; nunquam enim visus est aer-geri terræ: ergo non potest in illud converti, nam terra valde gravis est & densa, ut sit omninò improportionata; convertitur ergo prius in exhalationes, quæ probabiliter dissim-bola sunt speciei à terra, utpote quæ calidæ sunt & leves, nec è contra terra in se aërem convertere potest, propter minimam activitatem, unde licet interra esset exiguum foramen nunquam aërem illum in se converteret. Probatur etiam de igne & aqua, nam potius ignis vertetur in aërem & fumum, dum ab aqua extinguitur; deinde nunquam visum est ignem aqua nutriri & augeri, ut videmus fieri in oleo & butyro, & deficienti oleo lampas statim extinguitur, licet maneat ibi aqua. Imò flamma candelæ aquæ guttula resperfa non valet ipsam in se convertere, sed illam statim excutit, imò nec in rogam conjec-ta vertitur immediatè in ignem vel flammam, sed prius in fumum, ex quo flamma gignitur, cum nihil aliud sit flamma, quam fumus accensus. ex 2. Gen. 27. qua etiam de causa aqua vehementer calefacta nunquam immediatè convertitur in ignem, sed prius resolvitur in vapores.

Dices: Ut aqua in ignem convertatur, debere esse multum de igne & parum de aqua, nam videtur, quòd si parva quantitas aquæ in rogam injiciatur, eam statim in ignem converti, novumque prodire ignem: ergo. Contra: si parum aquæ possit in ignem magnum injec-ta in eum immediatè converti, posset ignis fornacis ex ea crescere, imò posset fornax, vel rogas ex sola positione aquæ accendi, & in infinitum augmentari, veluti ex appositione lignorum vel

vel alterius materiae combustibilis, apponendo juxta proportionem ignis aquam, quod tamen est contra omnem experientiam: Ergo. Itaque quod dicitur de igne, in ordine ad aquam, potest pariter dici de aqua, in ordine ad ignem; Videlicet hoc flante, posse ipsam aquam ex solo igne nutriri, augeri, & conservari apponendo ignem ipsi aquæ, verbi gratia mari, nam si ille ignis immediatè converteretur in aquam maris, aqua illa ex sola appositione ignis cresceret, cum tamen doceat experientia, appositionem ignis, aquam diminueret & extinguere, non verò augmentare.

Pro fine Quæstionis nota, quod licet ratio Ruvii allegata primò ad probandam Conclusionem bona sit, non omnem tamen effugere difficultatem, nam dicere quis posset, nec Elementa symbola de uno posse transire in aliud, non transendo per medium, cum respectu sui invicem, æqualem habeant oppositionem, unam videlicet qualitatem in summo, alteram ex utraque parte infra, idèd à priori addendam duxi rationem, quæ hæc est; Quia videlicet Elementum corrumpens aliud, illud corrumpit per dispositiones disponentes ad introductionem propriæ formæ, sed Elementum dissymbolum nequit recipere dispositiones disponentes ad formam Elementi contrarii immediatè: Ergò.

QUÆSTIO III.

De situ Elementorum.

Supponitur communiter talis Elementorum dispositio, ut videlicet terra infimum occupet Locum, alterum aqua, tertium aër, & supremum ignis, nam Elementum, quo gravius est, eò est inferius, terra autem cum sit gravissima, infimum tenere Locum, & super eam, aquam patet ex illo Gen. 1. *Congregentur aquæ, quæ sub Cælo sunt in unum, & appa- rentur arida.* Super terram, & aquam, esse aërem, omnibus est in propatulo, & si ignis in determinato Loco conservari exigit, omnium supremum occupabit Locum. Verùm tamen quamvis hoc suppositum communiter teneatur, duæ tamen occurrunt examinandæ difficultates, prima est de terra, respectu aquæ; An videlicet facta comparatione inter partem terræ, reliquis omnibus altio-rem, & inter partem aquæ, reliquis omnibus aquæ partibus altio-rem, altior sit terra, quàm aqua? Secunda difficultas est omnino pervetusta, & sopita, à recentioribus tamen excitata; An videlicet detur aliquis ignis præter eum, qui apud nos existit? Pythagorici, teste Aristotele 2. Cælo c. 13. t. 73. ignem in centro terræ constituiebant, quid autem nobis videatur de ignis Loco, apperiet Conclusio secunda, interim sit ad primam difficultatem prima, in qua

DICO I. Terra est in medio mundi sita.

Probatur I. ex navigatione eorum, qui ferè totam terram obeuntes experti sunt, eam nullibi attingi à Cælis, sed undique ab aère & à Cælis maximè distantibus circumdari. Deinde: Quia exploratum est, Solem, Lunam, & astra similia, ejusdem magnitudinis appare-

re Antipodibus, & nobis, quod indicium est, eam æqualiter distare à terra, alioqui enim majoris magnitudinis apparerent in ea parte terræ, quàm minus distarent à Cælis. Idem etiam evidentius constat ex Eclypsibus Lunæ, quam constat Eclypsari, quodocunque è diametro est opposita Soli, quod non contingeret, nisi terra interjecta, quæ causat umbram, esset in mundi medio. A priori verò ratio est, quia terra mixta, in quibus predominatur terra ubique habent vim descendendi à superficie Cæli ad Locum distantem, sicut lineæ à circumferentia confluunt ad centrum commune, quod experientiâ constat; Ergò necessariò dicendum est, terram esse in medio mundi, quod sæpius, & pluribus modis significatur in sacra Scriptura ad prædicandam potentiam Dei, qui potuit terram super nihilum constituere, firmatam stabilitate suâ, ita ut tam naturale sit terræ, in mundi medio existere sine Fundamentis, & circa illam plantas & animalia, ac est igni calefacere. Sic enim Psal. 103. Dicitur: *Fundasti terram super stabilitatem suam,* ubi per stabilitatem intelligit summum illud gravitatis pondus, quò naturaliter in mundi centro immota manet. Et Job. 26. *Qui appendit terram super nihilum,* hoc est super nullum Fundamentum, seu Firmamentum. Ob eandem etiam causam, quam explicuimus, dicitur terra esse in infima parte mundi, quemadmodum enim in viventibus illa pars, per quam sumitur alimentum, ut vivens conservetur, dicitur superior, opposita inferior. Ita in universo illa pars, in qua corpora Cælestia gubernant, & conservant mundum, dicitur superior, quæ circularis est, sicut corpora Cælestia. Opposita verò, quò magis distat à Cælis, quæ est in centro Cælorum, dicitur pars inferior universi.

Dices. Psal. 23. dicitur: *Quia ipse super Maria fundavit eum, & super flumina præparavit eum,* scilicet orbem terrarum. Psal. 135. *Qui firmavit terram super aquas.* Est igitur terra fundata super aquas. Respondet Euthymius hæc verba intelligenda esse non de toto Elemento aquæ, vel terræ, sed de iis aquis, live marinis, live pluvialibus, quæ subterraneis meatibus cursus suos agunt. Probabilius tamen Respondeo; Illis verbis solùm significari, terram esse factam superiorem, & eminentiorem aquis: Quæ sententia etiam placet Peierio in primo cap. Gen. super illa verba; *Cælum & terram.* Unde

Dico secundò: Terra elevatior est aquâ comparando paribus omnibus ad se invicem; Constituitque cum ea unum globum.

Probatur autem primò, Ex Scriptura Psal. enim 23. legimus *terram fundatam super Maria;* His autem verbis, ut supra dictum est, apertè significatur super Maria, hoc est in Loco superiore propinquioreque Cælo terram existere. Et Psal. 106. qui à terra pergunt in mare descendere dicuntur; *Qui descendunt mare in navibus.*

Probatur secundò, Ex Autoritate SS. Patrum D. Augustini lib. 1. qq. M m m m 3 Gen.

III.

Explicatur Scriptura dicens terram positam super aquas.

IV.

Terra elevatior est aquâ.

Gen. q. 132. ubi supra dictum Psalmum hæc habet: Hæc locutio si intelligatur in Psalmo 1. ubi scriptum est: Qui fundavit terram super aquam, non coguntur homines putare, sicut navem natam super aquam: Secundum enim hanc locutionem recte intelligitur, quod altior sit terra, quam aqua: Altius quippe ab aquis susollitur, ubi habitant terrena animalia. Et alibi, ut lib. 5. Deut. q. 5. Deinde probatur experientia primò, quia non minus ventorum, aut remigum subsidio indigent naves, ut moveantur ad litora, quam ut ab his in altum. Deinde: Defectu ventorum sæpè contingit detineri naves, ut portum subire nequeant, hoc autem contingere nullo modo posset, si maris superficies paulatim magis ac magis se attolleret, magisque ac magis à centro mundi recederet; Esset enim difficillimum navim onustissimam, quò inclinat ad centrum mundi ascendere per superficiem maris, & contra facillimum eandem, licet onustissimam, etiam sine vento, vel remis per viam declivem, ac lubricam moveri, ad terram inferiorem, imò facilius esset onustam moveri ad portum, quam vacuum. Adde, quòd nec teneri, quin quàm celerrimè portum subiret, posset. Quemadmodum nec lapis è Loco editiore devolutus, quin ad ima ruat.

V.
Probatur
etiam experientia
Lusitanorum.

Secundò: Manifestis indicibus deprehensum est ab his, qui è Lusitania solventes petunt novam Hispaniam, postquam per 15. gradus progressi sunt, una hora citius illis occidere & oriri Solem, quàm existentibus in Lusitania, ac si in altum assurgat aqua maris citius in illo ultra illos gradus apparere Sol deberet, quemadmodum & his, qui altissimos montes conscendunt, citius orientem Solem conspiciunt, quàm qui degunt in imo. Præterea certum & indubitatum est, aquam suapte naturam gravem naturaliter non à Loco inferiori ad superiorem & Cælo propinquiorem ferri, sed contra à Loco altiori defluere ad declivorem. Certum autem etiam est experientia, omnia flumina motu naturali descendendo petere mare, ad radices enim montium gyRANDO variosque flexus efficiendo viam sibi inveniunt, efficiuntque alveum versus mare declivem, ut motu naturali tendant in ipsum, etsi forte obstaculum inveniant, efficiuntque paludes & lacus, & à summitatibus obstaculorum, si sufficiens aquæ copia sit, iterum fluunt flumina. Quarto compertum est, plurimas in medio mari esse Insulas, Insula autem medio in mari nihil aliud est, quàm terra eo in Loco super aquas elevata. Ratione verò idem probatur; Quia fieri non potest, ut in Loco eminentiore, quàm mare, sit mare, quin statim defluxu circumdet, & cooperiat terram. Ergò cum videamus mare id non facere, sed suo se Loco continere, non in Loco editiori, quàm terram esse, consequens est.

VI.
Non solvit
aque rotunditas.

Dices: Causam, cur non defluant aquæ, esse propensionem, quam habet aqua ad figuram rotundam. Sed contra est; Quia, licet exigua quantitas aquæ sese rotundet, magna tamen aquæ quantitas, propter vim ponderis retinere figuram rotundam minimè potest. Unde videmus aquæ guttulas rotundas gravi-

tatis majoris accessione, relicta orbiculari figurâ defluere.

Dices 2. Impediri defluxum illius, propter inclinationem, quam habet, propter, vel ad bonum universi: Sed contra est; Quia si in aqua esset inclinatio, quâ impediretur propter bonum universi, ne è Loco eminentiori descendendo cooperiret terram: Primò talis inclinatio semper fuisset in illa, esset enim naturalis illi, fluens à forma illius, hinc autem sequeretur, initio mundi conditi aquas terræ globum ambuisse non naturaliter, sed violenter, quòd falsum est. Deinde sequeretur, quoties periculum esset, ne aquis operiretur terra, aut aliqua pars illius discooperata, non defluere aquas, propter huiusmodi inclinationem ad bonum universi, hoc autem falsum etiam est; Contra enim experientia, vi tempestatum, ingentem sæpè aquarum vim effundi super litora, & integras nonnunquam provincias opprimi à mari.

Dices 3. Divinâ potentia cohiberi aquas ne diffluant, id enim insinuat Scriptura, ut patet ex Psal. 32. & 103. Job. 38. in quibus significatur aquas marium omnipotentem virtute Dei, quasi in utre congregatas detineri, ne defluentes cooperiant terras. Sed contra est, quia gratis asseritur perpetuum in rebus naturalibus Miraculum, cum nihil sit in sacris Literis, quòd significet aquas marium, ne labantur in declivia, perpetuo detineri Miraculo. Sed quia naturæ Author aquæ vim & propensionem indidit manendi in Locis humilioribus, quia ingentes cavitates & receptacula in terra pro iisdem præparavit, qui à terra suspensæ collectas, in unum eas Locum collegit, quæ magna Scopulorum montium & litorum impedimenta illis objecit, & quasi aggregatam, ne ad cooperiendam eluvione terram possint erumpere, conclusit, idè in Scripturis lapè dicitur, maris aquas à Deo teneri quasi in utre, ligari, congregari, lege & præcepto, ne exeant, cohiberi, ejusque hoc nomine, idque metalliforme, potentia prædicatur.

Dices 4. Navigantes cum ex alto in oram maritimam invehuntur, narrant, terram sibi infra mare videri jacere, & quòd propriè accedunt ad littus, eò sibi altissima quæque, ut turres & montium juga clarè apparere, paulatimque assurgere. Deinde: Flumina & fontes originem ducunt ex mari, omnia, inquit Eccl. 1. Flumina intrant in mare, & mare non redundat; ad Locum, unde flumina exeunt, revertuntur, ut iterum fluant, hoc autem, nisi altior sit aqua, quàm terra, intelligi nequit, quomodo enim possent aquæ fluviales è montium supercilis scaturire? Deberent enim contra naturam suam ascendere ad Locum eminentiorem eò, à quo derivantur, quòd fieri non potest, cum aqua per venas & meatus tantum accedat, & non amplius, quantum prius descendit, ut constat in fontibus artificialibus. Respòdetur ad illud, quòd dicitur de navigantibus, ortum ducere ex deceptione sensus: Decipiuntur enim navigantes, dum vel à terra recesserint, vel ad eam accedentes, è longinquo illam prospiciunt, judicantque mari esse depre-

rem, atro, vel certè accedente ad atrum colore terræ, existente circa lucidum colorem maris. Color enim niger, quia propter minorem activitatem minus, quàm candidus, sensum movet, profundior apparet, & depressior, unde pictores profunditatem putei aut cuiusvis alterius rei depingere solent atro colore, candido circumposito. Ad illud de egressu fluminum è mari, Respondeo: Deum cum tertiâ creatio- nis mundi die collectas unum in Locum aquas secrevit, & terræ cavernis incluserit, simul in di- versas terræ partes, per occultos meatus, & cur- riculos, magnam aquæ copiam è mari corriva- tam dispersisse, ex quibus per terræ latebras diffusis, eadem tertiâ die plurimi fontes, & amnes, divinò imperiò manarunt; partim etiam postea exiterunt. Vapores etiam, qui ascen- dunt per terram, eamque humectant, ex mate- ria maris proveniunt. Aquæ denique pluvia- les, ex vaporibus, qui magna ex parte vi astro- rum elevantur è mari, producuntur in aère, quibus deinde fontes & flumina incrementum capiunt non modicum. Has igitur ob causas, egredi è mari altiùs flumina dicuntur.

Dico secundò: Datur, præter hunc nostrum ignem, sub concavo lune ignis Elementaris ejusdem rationis specificæ cum hoc nostro, non habet tamen sic qualitates ita puras, ut ille.

Probatur prima pars autoritate SS. Patrum. Augustini lib. 4. Civit. 11. dicen- tis: Æther aerem submersum amplectitur. Et 22. cap. 11. ait: Aerem medium poni inter ignem de- super, & aquam super. Postremò si ita est Eleme- ntorum ordo dispositus, ut secundum Platonem, duobus mediis, id est, aere & aqua, duo extrema jungantur, id est ignis & terra, Cælique obtineant illinc summum Locum. Et alibi sæpè, clarissimè ordinationem Elementorum sic adstruit ferm. 147. semp. cap. 7. Quere quid in imo sit? Terra est. Quid desuper? Aqua; quid super aquam? Aer. Quid super aerem, Æther est? Per ætherem autem intelli- git ignem supra cap. 6. Æther est Cælum, & ignis ille liquidus Cælum est. D. Bernardi tract. de vita solitaria cap. 15. ubi dicit: Hæc enim sur- sum tendit, sicut ignis ad Locum suum; ergò suppo- nit ignem superius esse, alioquin non compara- ret ascensum animæ ascensionis ignis ad Lo- cum suum; ex quo ascensu etiam sæpè D. Au- gustinus probat ignem esse superius. Hanc eandem partem probant aliqui: Quia si unum contrarium est in rerum natura, etiam debet esse alterum, à quo temperetur, & impediatur, ne in se convertat totum universum, sed in re- rum natura datur, aqua summè frigida confi- tuta in propria regione mundi, ergò & Ele- mentum ignis in alia regione, ut per id summâ frigiditas aquæ possit temperari, constitui de- bet. Hæc tamen ratio, licet concludat, in re- rum natura esse ignem, quod sine ratione constat sensu, non tamen concludit intentum. Responderi enim posset ab Authoribus oppo- sitæ sententiæ, ad aquam temperandam suffi- cere ignes, qui in his inferioribus generantur: Et Solem, qui suo calore longè plus temperat hanc regionem, quàm Elementum ignis, etiam si illud concedatur, & hanc fuisse causam, cur ignis non fuerit productus in tanta mole, in

quanta producta sunt alia Elementa, quia vide- licet, quod præstari per illud posset, præstatur per Solem, & quia ignis eo in Loco creatus de- fervire non poterat hisce inferioribus. Alio igitur modo probatur: Quia certum est, cor- pus levius naturaliter petere Locum supra cor- pus, se gravius, sic enim aqua, quia levior est terrâ, Locum naturalem sibi deposcit supra superficiem terræ, aër, quia levior aqua, supra aquam: ergò pari ratione ignis, cum sit Ele- mentum omnium levissimum, Locum sibi natu- raliter debitum petat in suprema mundi re- gione, quæ est sub concavo Lunæ, & conse- quenter ibi est ignis. Neque enim aut aliud corpus, quàm levissimum, quod diximus esse ignem, esse inibi naturaliter potest, neque nul- lum corpus; ergò necesse, ut ibi sit ignis. Quòd autem ignis sit corpus levissimum naturâ suâ, patet primò experientiâ in flamma puriore & scintillis, quæ ob admixtionem gravitatis ter- ræ non deprimuntur violenter, & præsertim in flamma, quæ ex pulvere tormentario gene- ratur, quæ tantâ vi evolat in Locum superio- rem, ut maxima corpora, quantumvis gravia, in altum propellat; Hoc autem fieri non pos- set, nisi ignis, naturaliter dispositus, maximam haberet levitatem, ac proinde Locus naturalis ipsius esset Locus supremus. Secundò patet, quia in rerum natura datur summa gravitas, alicui corpori naturaliter conveniens, propter quam illud naturaliter est in infimo universi Loco; ergò & naturaliter dari debet summa levitas, propter quam corpus, cui convenit natu- raliter, petat esse in Loco summo: Hoc autem corpus aliud esse, quàm ignis, non potest; Si quod enim aliud esset, maximè aer, sic tamen non est, cum videamus flammam ascendere per aërem, & consequenter majorem habere levi- tatem, quàm habeat aër.

XII.

Probatur ali- ter dari ibi ignem.

XIII.

Probatur ig- nem esse le- vissimum.

Dices: Ignis licet ascendat, id tamen

non facit, ut petat Locum naturalem, sed, ut humidum aeris dispositum altiùs & altiùs depascatur, quemadmodum etiam videmus des- cendere ad candelam recenter extinctam ipsi infernè admotam denudè accendendam ob pa- bulum aptum. Deinde: Quia ignis gravita- tem, aut levitatem potiùs habet ex materia, in qua producitur, quàm ex se, levitatem præfer- tim summam, sicut enim levis est in flamma, ita gravis in prunis, quæ producuntur ex lignis, & ferro ignito, & constat etiam interdum flam- mas decidere instar Stellarum per aërem. Sed Contrà; Quia ascendere ignis sursum, etiam ad humidum aërem depascendum non potest, nisi aut per levitatem sibi congenitam, aut vi propulsus; at constat, flammam sursum ferri per aërem nullâ vi penitus externâ pullam; ergò necesse est, illam niti aerem transcendere ingenitâ sibi, & connaturali levitate, ac pro- inde corpus levius esse aere, & consequenter omnium levissimum, cui Locus in mundo su- premus sub Cælo debetur.

XIV.

Ignis non as- cendit ad de- pascendum humidum aërem.

Ad candelam verò recens extinctam

flammam infernè admotam non tam descendit, quàm eam debitè dispositam & applicatam corripit & inflammat, sicut etiam inflammat materiam debitè dispositam, & debitè applicatam

XV.

Quare flam- ma in can- dela descen- dat.

XI.

Hæc probat ali- ter dari ignem.

eatam sibi ad latus. Ad id quod secundo Loco dicitur, negatur ignem habere levitatem ex materia in qua producitur, nam ignis subito in tormentario pulvere accenditur, & ascendit, licet fuerit productus in materia gravi illius corporis: ergo non à materia, sed intrinsecè habet levitatem, & naturà suà majorem, quàm sit levitas aëris. Ignis verò, qui est in prunis, & ferri igniti poris inclusus, non est gravis, sed levis, non tamen subvolat, quia superatur à majori gravitate carbonum, & ferri, quæ cum naturà suà gravia sint, multò ibi in majore quantitate sunt, quàm ignis. Deinde quàmvis ibi ignis haberet gravitatem, non tamen esset hujusmodi gravitas illi connaturalis, sed violenta, quod non impedit, quòd minùs naturà suà possit summam levitatem, sicut aqua cum calore violento conservatur, licet natura sua possit summam frigus. Flammæ verò, quæ sunt extra suum Locum naturalem, ob densitatem materiæ, cui adhærescunt, & admixtionem gravitatis terræ descendunt: Quæ admodum & aër ratione alicujus gravis, cui adhærescit, deorsum fertur nonnunquam. Atque hinc etiam patet ad ultimum argumentum oppositæ sententiæ.

XVI.
Ignis sub concavo est ejusdem speciei.
Secunda pars Conclusionis, nempe: Ignem illum sub concavo Lunæ, esse ejusdem, secundum essentiam, rationis cum nostro, patet à posteriori, quia eandem habet combinationes qualitatium, calorem scilicet & siccitatem, eo modo, quo noster, & quia eundem, quem ille Locum obtinet, petit etiam noster: Nec ullum est Fundamentum asserendi oppositum.

XVII.
Est tamen purior.
Tertia pars Conclusionis probatur primò Authoritate S. Augustini 22. Civit. 11. ubi hæc habet: *Sed ille ignis est tranquillus, purus, innoxius, sempiternus, iste autem turbidus, fumeus, corruptibilis, atque corruptor. Nec tamen corruptis montes, in quibus jugiter aërua, cavernasque terrarum. Ego sit illi iste dissimilis (accidentaliter) ut terrenis habitationibus congruat. Quia ignis hic noster, saltem propter materiam, quæ illi connaturales non sunt, ut majorem densitatem, & permixtionem qualitatium contrariarum, humiditatis & frigoris, quas non admittit ille: ergo.*

XVIII.
In concavo Lunæ, est ignis id tamen nec effeciter probatur.
Dico 3. *Davi ignem infra concavum Lunæ, certà & evidenti ratione probari non potest, nec effecaci impugnari.* Hanc credo esse certissimam.

Probatur prima pars: Quia nullalis ratio, aut experientia asserri potest, unde colligatur, quòd resideat in illo Loco, nec assignari potest ullum emolumentum, aut ornamentum, quod accederet universo ex eo, quòd ibi sit magis, quàm si non esset.

Dicse: Colligi inde ibi esse ignem, quia constat, quòd ascendat sursum motu naturali, nam Elementa non debent habere motum naturalem, nisi ad Loca naturalia, unde terra, & aqua non moventur, nisi deorsum. Contrà primò quia fumus, & multæ aliæ exhalationes ascendunt super aërem, & tamen non dicitur, quòd resideat aliqua quantitas eorum supra

aërem: ergo similiter ex ascensu ignis non debet ibi colligi, quòd sit ibi. Contrà secundò: Quia potest dici, quòd ignis non petat esse sursum, nisi quia ex tali & tali materia generatur, nam in ferro candente, & carbone quiescit à motu sursum: ergo falsum supponit replica.

Dicesecundò: Esse maximum emolumentum, quòd ignis sit in concavo Lunæ in magna quantitate, ut per hoc temperare possit rigorem aëris, ac influxum humidorum astrorum, ut Saturni, Lunæ & aliorum. Contrà primò, potest ille rigor per influentias Solis temperari. Contrà secundò: Quia nullà experientia constat, quòd ille rigor sit tantus, quòd debeat temperari per ignem. Confirmatur hæc secunda pars: Quàmvis aqua petat naturaliter esse supra terram, tamen non debet dici, esse supra terram ex omni parte: ergo quàmvis ignis naturaliter petat esse supra aërem, non debemus hoc dicere, nisi aliunde nobis constet; ex appetitu enim nihil sequitur, nam ignis etiam noster petit esse sursum, ut patet, ex motu ejus sursum, sed non sequitur ex appetitu ignis nostri, quòd sit ibi: ergo nec ex appetitu illius ignis id sequitur.

Probatur secunda pars: Scilicet, quòd nec etiam sufficenter impugnetur. Nam rationes principales, ad improbandum ignem esse infra concavum Lunæ, hæc sunt, scilicet: Quia nimia illius activitas omnia corpora contigua absumeret, & totum accenderet orbem. Secunda: deberet ibi nutrire, & sic omnia in se converteret, vel si non nutreret, corrumperetur, prout corrumpitur ignis prope nos existens deficiente pabulo. Tertia: Corpora Cælestia non possent frigiditate terrestria, & sublunaria, quin frigiditatem in igne producerent, aliàs agerent in distans, quæ agerent in medium. Quarta denique est, quia à nobis videri deberet: Sed istæ rationes non improbant efficaciter, ignem esse infra Lunam: ergo. Probatur minor refutando eas; nam ad primam facile responderetur, ignis activitatem temperari tum astrorum influxu, quibus incumbit sublunariis providere, ne mutua pugna interimantur, tum ex humiditate aëris, & fortè etiam ex adventitio frigore. Ad secundam dico, ignem illum non indigere pabulo tanto, vel etiam ullo, nam quòd hic apud nos indigeat, provenit ex circumstantiis contrariis cum facile corruptentibus. Ad tertiam Respondeo, posse corpora Cælestia producere in igne aliquem gradum frigiditatis contra propriam ignis inclinationem, quo medio poterunt frigiditatem illo intensiorem producere in reliquis corporibus, quia non est contra naturam agentis naturalis, fortius & intentius agere in distans, quàm in propinquum, quando passim propinquum specialem resistentiã habet respectu effectus producendi. Neque mirandum est, gradum frigiditatis posse in igne recipi; Frequenter enim experimur Elementa cum qualitatibus contrariis illis, quas exigunt. Ad quartam denique dico, Lucem ignis esse valdè exiguam, quia valdè exigua est ignis grossities, eo enim ipso, quòd per totam Lunæ superficiem sit expansus, admodum bræcæ extenditur.

tenditur, & ita ob tenuitatem grositici seu profundæ mensuræ, quam habet ignis, non potest ex loco ad eum distanti discerni. Dico, non posse discerni; quia forsitan lux ignis à nobis ardetur per modum unius lucis cum luce Lunæ, Stellarum, totiusque Cœli.

QUÆSTIO IV.

De gravitate & levitate Elementorum.

distinguantur. Quia huiusmodi formæ ab invicem separantur: ergo etiam ab invicem distinguuntur. Probatur Antecedens; fumus enim & nubes densiores sunt aere, & tamen eo leviores; lignum est densius aquâ, & tamen est levius ipsâ, quia supernat; similiter plumbum est rarius ferro & tamen illo gravius; glacies densior aquâ & tamen levior: ergo. Quare autem non semper à sensu percipiatur gravitas, ut cæteræ qualitates, videlicet albedo, nigredo, &c. hoc evenit ideò, quia gravitas, & levitas non sunt qualitates activæ, nisi in ordine ad motum, qui non causatur ab ipsis, nisi extra proprium locum existentibus. Sed in contrâ

Arguitur: Si substantia gravis omni accidente ab eo distincto spoliaretur, extra proprium locum, vel ad illum descenderet, vel naturaliter sursum maneret? non secundum, quia sic violenter sifteret, cum ubi sursum non solum sit violentum gravitati, verum etiam ipsi substantiæ; si primum? hoc evenire non potest; nisi quia gravitat: ergo gravitas non est distincta à forma substantiali gravis. Respondeo: In tali casu formam substantialem, verbi gratiâ, terram in aere, terram violenter sursum quieturam cum illud ubi sursum sit contra principium passivum, & passivam inclinationem ipsius, non tamen sequitur, à se ipsa naturaliter deorsum moveri, cum sibi deficiat principium proximum motus deorsum, videlicet gravitas, substantia enim gravis non est principium motus, nisi per gravitatem.

Instatur: Non minus est naturale formæ gravis Ubi deorsum, quam sit formæ aquæ, verbi gratiâ frigiditas, sed amissa frigiditate forma substantialis aquæ reducit se naturaliter ad pristinam frigiditatem ex eo, quia est qualitas sibi connaturalis: ergo pariter forma substantialis gravis naturaliter movebit se ad ubi deorsum, quod est sibi connaturale. Respondeo, negando minorem, pro secunda parte; Non enim aqua se reducit ad pristinam frigiditatem eâ ratione præcisè, quia est ei frigiditas connaturalis, sed quia forma substantialis aquæ est immediatum principium productivum frigiditatis, forma verò gravis non est ita immediatum principium productivum motus deorsum, sed solum mediante gravitate, hoc autem quare & unde, nulla à priori potest assignari ratio, nisi quia hæc est hæc forma & illa illa. Ita Scotus 4. d. 12. q. 2. C.

Arguitur 2. Si gravitas & levitas essent qualitates, vel essent primæ, vel secundæ; neutrum dici potest; non primæ, quia nihil ex ipsis fit; non secundæ, quia non fiunt ex primis: ergo. Respondeo primò: Conformiter ad dicta quæstionis primæ præcedentis Disputationis. Respondeo secundò: Esse qualitates secundas, eò quòd à primis dependeant & causentur, licet non totaliter, sed etiam à forma substantiali, & aliis requisitis dispositionibus, videlicet raritate & densitate.

Duæ pariter difficultates in hac quæstione examinandæ sunt, videlicet: an gravitas & levitas sint accidentia distincta à substantia rei gravis & levis? Et: An Elementa gravitent, vel levitent in propria regione, seu loco naturali? Quantum ad primam difficultatem, supponitur communiter in Libris Physicorum, gravitatem & levitatem esse accidentia distincta, sed hoc suppositum nostrum difficultate non caret, nam Averroistæ, quos sequitur Arriaga & Pontius, non distinguunt illas à substantia; alii, quamvis distinguant, tamen gravitatem à densitate & levitatem à raritate distinctam negant, communis tamen distinguit, quam etiam amplectendo

Dico I. Gravitas & levitas sunt qualitates distinctæ realiter à substantia, sicut etiam raritas & densitate. Ita Scotus 2. d. 2. q. 10. & d. 15. q. un. G. Ruvius, Mastrius, &c.

Probatur prima pars primò: In accidentibus Eucharisticis consecratis remanet eadem gravitas, & tamen non remanet eadem forma substantialis panis: ergo gravitas non est ipsa forma substantialis panis, sed ab illa omninò distincta.

Dices: Non manere ibi gravitatem & levitatem, sed Deum effectivè movere illa accidentia, producendo in ipsis impulsus eo modo, quo moverentur, si essent cum substantia & hoc ad occultandum tantum mysterium. Contrâ: quia multiplicantur miracula sine necessitate: ergo. Probatur Antecedens: quia productio talis impulsus est distinctum miraculum à conservatione accidentium sine subiecto, & si dicatur gravitatem esse qualitatem, non conservabitur novo miraculo, quia ad conservationem quantitatis conservabitur & illa, sicut reliquæ qualitates, consequentia patet; quia dum possumus salvare aliquid sine miraculo, non est reducendum ad illud.

Probatur secundò eadem pars: Gravitas & levitas non identificantur materiæ, ut est perspicuum; eadem enim materia sub hac forma gravitat & sub illa levitat; non identificatur etiam cum forma; quia si forma esset spiritualis, ut est in homine, non posset gravitare; ergo est quid distinctum à materia & forma, & consequenter à toto composito: nullus enim dicit, identificari cum unione, cum illa sit merus respectus & quid relativum.

Probatur secunda pars etiam; videlicet: quòd etiam à raritate & densitate
F. Amandi Hermann Physica.

VI.
Terra quæ
sceret sursum
violenter.

Non quia
frigiditas
connaturalis
est aquæ eam
producit, sed
quia principi-
um productivum
est.

VII.
Sunt qualitates secundæ.

VIII.

Pro secunda difficultate animadvertendum; gravitare Elementa, non esse aliud, quam ea vel tendere deorsum, vel imprimere impulsu per modum incitamenti in subiectum corpus, quo impellant ipsum deorsum, sicut terra, aut aqua, vel lapides in aere positi imprimunt suppositis corporibus taliter, ut etiam animalia fatigent, aut omnino perimant. Ad difficultatem itaque

IX.
Vel levitant.

DICO 2. *Gravia & levia in propriis locis neq; secundum totum, neq; secundum partes gravitant vel levitant.* Colligitur ex Scoto 2. d. 2. q. 10. C. ubi habet: Quod si per impossibile nullum grave esset in centro, sed omnis terra amota ab eo, & removente centro sub ratione centri; adhuc grave naturaliter tenderet ad centrum; ergo secundum Scotum, ut gravia tendant ad centrum, debent ab eo removeri: ergo non gravitant, nec levitant in propriis locis.

Probatur ratione: Quia gravia & levia ideò gravitant & levitant, quia naturaliter à principio suo intrinseco pelluntur ad propria loca, ut ibi naturaliter quiescant: ergo si sunt in propriis locis, nec gravitant, nec levitant. Confirmatur: Urinator sub maxima aqua natans nullum sentit pondus, nec nos ab aere aliquod pondus percipimus, sed si in propriis locis gravitarent & levitarent, sentire deberemus: ergo. Deinde: sequeretur, Elementa semper futura in statu violento sentirentque violentiam, quia remaneret contra inclinationem propriam, quae adhuc non esset totaliter fatiata & quietata, cum ultra locum possessum ad alterum inclineretur, quod videtur maximum inconveniens.

X.
Obijciuntur
multa experientia.

Adversarii plenum cumulum experientiarum contra Conclusionem congerunt. Primo: Ultras aere pleni sunt graviore, quam sint, dum sunt vacui & facilius, velociusque descendunt. Secundo: Lignum centum librarum velocius descendit per aërem, quam plumbum unius librae & hoc, quia aër in poris ligni existens coadjuvat illud admoveri, in aqua verò facilius descendit plumbum, quia aër in ligno existens illud sustentat: ergo aër in proprio loco gravitat. Tertiò: Aqua supra terram existens illam penetrat & deorsum movetur, quod non esset, nisi gravitaret: ergo. Quartò: Vasa tamdiu in aquis natant, quamdiu aqua non repleantur, quo facto statim incipiunt mergi, sed hoc non esset, nisi proprio in loco gravitaret.

XI.
Solvuntur
experientia.

Verum respondeo: Ultras plenos facilius descendere, non quia sunt graviore ob gravitatem aëris, sed ob figuram, nam sic facilius resistentiam medii vincunt. De ligno verò dico, ideò illud facilius descendere, non quòd gravitas aëris in poris inclusi illud adjuvet, sed quia gravius est, in aqua verò non descendit, ratione aëris inclusi in poris, qui petit esse super aquam. Ad tertiam respondeo dupliciter: Primo hoc non provenire, quia aqua super terram gravitet, sed quia in poris terrae adest aër, cui aqua subesse petit, ideò terram penetrat; Secundo: Aquam illam attrahi à terrae siccitate, proinde talis descensus, ratione attractionis, potest dici

violentus. Ad quartam dico, ideò vasa aqua plena mergi, non quia aqua in propriis locis gravitet, sed quia aqua fluida est, quare secundum omnes partes suas aequaliter petit à terra distare, & simul cum altera uniri.

Instabis: Ideò Elementa à propriis locis extracta gravitant & levitant, quia naturaliter illa appetunt & ad illa inclinantur, sed hanc inclinationem retinent, etiam dum sunt in propriis locis, quia illa inclinatio & appetitus ipsi identificatus est: nec ex adventu formae, seu perfectionis tollitur: ergo. Respondeo disting. Antecedens; ideò gravitant præcisè: nego: ideò & quia inclinantur ad illa appetit desiderii: concedo; qui appetitus sub ratione desiderii ex adventu formae tollitur, & remanet appetitus naturalis, sub ratione complacentiae. Et licet maneat eadem gravitas, non potest tamen gravitare, quia subiectum non est capax, non enim ad aliquid producendum sufficit per se ratio principii, sed etiam requiritur, quòd talis ratio sit debite approximata passo proportionato, qualiter non esset in proposito.

QUÆSTIO V.

De puritate & figura Elementorum.

DICO 1. *Elementa quoad substantiam omnia esse pura, quoad qualitates nullam apud nos desinere reperriri purum, quod cum commatur alibi non habere admixtas aliquas qualitates peregrinas.* Ita ex Aristotele 3. Gen. anim.

Probatur: Ex eo quòd singula propter dissidentiam affectionum contrarium aduersus alia depugnent, & in eo congressu extraneis se qualitatibus imbuant, ut aër ignem humore, aqua aërem frigore, terra aquam siccitate, ignis terram calore. Probabile tamen est, signis sub concavo Lunae compositionem, ad quam viciniam aëris actio non pertingit, puram esse. Idemque videtur dicendum, de abditioribus quibusdam partibus terrae.

DICO 2. *Omnia Elementa ex natura sua figuram obtinere circularem.*

Probatur: In communi de omnibus simul, tum, quia totum universum globosum est. Quare æquum fuit, primarias etiam illius partes, quae sunt Elementa, eandem figuram sortiri. Tum, quia Cœlesti corpore, quod circulare est, ut circa centrum continentur. Tum, quia natura unitatis æmula, aliis etiam rebus, prout curae rei ratio ferebat, rotunditatem, quae figura maximè una est, tribuit, ut arborum truncis, fructibus & lapidibus. In particulari verò de terra patet; quia iis, qui proximiores sunt ad partem Orientem, Stellae Orientales prius apparent, quam illis, qui ad Occidentalem: ergo terra ab Oriente in Occidentem habet figuram circularem. Quòd habeat etiam à Meridie ad Septentrionem, patet similiter; quia habitantibus ad Austrum aliquae apparent Stellae, quae ad Aquilonem incolentibus conspicuae non sunt. Ratio verò à priori videtur esse gravitas terrae.

terre, quâ ejus partes, quasi fugientes à circumferentia Cœli, conantur esse in medio mundi: unde naturale est illi hac de causa habere figuram circulearem.

hic conditum erat, id exigebat, discoopertam fuisse terram & elevatam à Deo quibusdam ex partibus, ita ut emineret super aquas, relicti hinc & inde, inter partes elevatas, maximis cavitatibus, ad quas deductæ aquæ defluerunt.

III. Observandum tamen, hanc figuram circulearem terræ non esse perfectæ & Mathematicè sphericam, cacumina enim montium propinquiora sunt Cœlis, quàm profunda vallium; quoniam tamen hæc propinquitas ferè nihil est in tanta distantia, communiter & Physicè dici solet, terram obtinere figuram rotundam. De aqua idem patet; quia nisi figuram sphericam obtineret, deberet habere partes aliquas à centro remotiores, quo fieret, ut non semper ad loca humiliora deflueret, quod & naturæ illius adversatur & experientia. Plinius lib. 2. nat. hist. c. 67. & Joannes de Sac. Bosio c. 1. suæ spheræ, inde etiam hoc probant; quod dependentes ubique guttas aquæ parvis cernimus globari orbibus, & pulveri illatas frondiumque lanugini impositas rotundari; & in poculis etiam repletis media maximè tumere, unde colligunt eandem figuram toti aquæ convenire. Verum est tamen dici etiam posse hujusmodi guttas in orbem coire conservandi sui causa. Ignem sub concavo Lunæ rotundam obtinere figuram; saltè quoad superficiem ejus convexam patet; quia proximè cohæret concavo Lunæ. De Aère, quò ad superficiem ejus concavam, idem patet; quia circumdat & ambit globum rotundum, quem constituunt aqua & terra. Quoad superficiem tamen concavam ignis, & convexam aëris Clavius in c. spheræ tit. an ex terra & aqua fiat unus globus, verisimile existimat, neutram esse sphericam, eò quòd plus ignis sub Zona torrida, hoc est sub Equatore vel propè, ubi nimirum continuè versatur Sol, summâque velocitate Cœlum convertitur, videatur generari; sub Zonis autè frigidis, nempe sub polis, aut propè, plus aëris, propter nimiam distantiam Solis, frigiditatem & tarditatem motus. Plura de hac re vide apud Conimb. Quòd verò ignis, quando ascendit cacaminetur in figuram pyramidis, causa est, quia partes tenuiores & puriores celerius ascendunt, minis tenues & puræ non item.

Dices: Ps. 113. dicitur: Super montes stabunt aquæ. Respondeo, quòd iste locus commodè potest intelligi de tempore diluvii, ut ibidem D. Augustinus interpretatur, nec esse necesse, ut intelligatur de prima rerum creatione & propterea dicatur, eam creatam fuisse cum montibus. Quando ergò conditi sunt montes? Respondeo cum D. Damasceno loco cit. conditos fuisse eadem tertiâ die, quâ aquis discooperta fuit terra; dum enim terram quibusdam in partibus elevavit ingentibus cavernis, quæ aquarum essent receptacula, relicti; quædam etiam discoopertæ terræ partes aliis depressis elevatæ manserunt, ut montium & convallium varietas existeret, quæ non solum ad aspectum jucunda esset, sed etiam plurimum conferret ad regionum salubritatem, ad cohibendum ventorum impetum, ad arcendos maris, fluviorumque incursum, ad rerum, quas terra ex se generat, fertilitatem & copiam. Tum, quia fontes ferè, amnesque, quibus irrigatur terra, è montibus erumpunt. Tum, quia germina quædam colles amant, alia camporum planitiem, quædam pervia ventis juga, alia depressas valles: Unde constat, falsam esse quorundam sententiam, qui volunt, decurrentibus aquis diluvii, fuisse factos primò montes, neque enim ad illud usque tempus à mundi origine terræ fecunditati satis consultum fuisset. Et Gen. 7. legimus, aquas diluvii quindecim cubitos supra altiorem montes elatos fuisse. Adendum verò, progressu temporis, aliquos ex illis in planitiem coadæquatos, alios de novo genitos, quod vel aquarum vi & impetu accidere solet, pro materiæ durioris, vel mollioris natura, & regionum situ & opportunitatibus: vel terræ motibus, vel effrenatâ ventorum violentiâ, quæ nonnunquam arenam undique sublata, tam unum in locum congerit & ingentes cumulos, montesque efficit.

III. Explicatus Scriptura.

Montes tertiâ die facti sunt.

IV. De aqua idem patet; quia nisi figuram sphericam obtineret, deberet habere partes aliquas à centro remotiores, quo fieret, ut non semper ad loca humiliora deflueret, quod & naturæ illius adversatur & experientia. Plinius lib. 2. nat. hist. c. 67. & Joannes de Sac. Bosio c. 1. suæ spheræ, inde etiam hoc probant; quod dependentes ubique guttas aquæ parvis cernimus globari orbibus, & pulveri illatas frondiumque lanugini impositas rotundari; & in poculis etiam repletis media maximè tumere, unde colligunt eandem figuram toti aquæ convenire. Verum est tamen dici etiam posse hujusmodi guttas in orbem coire conservandi sui causa. Ignem sub concavo Lunæ rotundam obtinere figuram; saltè quoad superficiem ejus convexam patet; quia proximè cohæret concavo Lunæ. De Aère, quò ad superficiem ejus concavam, idem patet; quia circumdat & ambit globum rotundum, quem constituunt aqua & terra. Quoad superficiem tamen concavam ignis, & convexam aëris Clavius in c. spheræ tit. an ex terra & aqua fiat unus globus, verisimile existimat, neutram esse sphericam, eò quòd plus ignis sub Zona torrida, hoc est sub Equatore vel propè, ubi nimirum continuè versatur Sol, summâque velocitate Cœlum convertitur, videatur generari; sub Zonis autè frigidis, nempe sub polis, aut propè, plus aëris, propter nimiam distantiam Solis, frigiditatem & tarditatem motus. Plura de hac re vide apud Conimb. Quòd verò ignis, quando ascendit cacaminetur in figuram pyramidis, causa est, quia partes tenuiores & puriores celerius ascendunt, minis tenues & puræ non item.

V. Dico: Terram ab initio productam à Deo rotundam, & perfectè globosam sine ullis montibus, qui nunc sunt, conditam fuisse; eandemque usq; ad tertiâ diem undiq; aquis coopertam, ut Elementi natura posulat. Tertiâ verò die, quoniam finis, ad quem mundus

QUÆSTIO VI.

De Terra.

Haftenus de Elementis in communi: restant nonnullæ gratiosæ quæstiones, & problematicæ de quolibet in particulari examinandæ, quod brevibus præstabo. Et de terra quidem in superiori parte omnia quasi tetigi, quæ necessaria videbantur; restat ergò resolvere, an fuerit cum, vel sine montibus condita, secundo ponam ejus divisionem & magnitudinem: quod ad primum ergò

Quantum ad divisionem terræ attinet, multiplex est; nam, Divus Augustinus eam divisit in quatuor partes generalibus terminis: nam Enarrat. in Ps. 59. ait: *Mundus quatuor partibus constat. Quatuor ejus partes notissime sunt omnibus; & sæpe in Scripturis memorate, quæ etiam quatuor venti dicti sunt, Oriens, Occidens, Aquilo, Meridies*, quas partes docet in vocabulo suo ADAM Protoplastæ, secundum linguam Græcam contineri his verbis: *Ipsæ Adam orbem Terrarum significat secundum linguam Græcam. Quatuor enim litteræ sunt A. D. A. M. sicut autem Græci loquuntur, quatuor orbis partes habent ἀνατολήν dicunt Orientem: δύσην Occidentem: ἀπὸλον Aquilonem: μεσημβρίαν Meridiem, habens Adam. Ipse ergò Adam toto orbe sparsus est. In uno loco fuit & cecidit, & quodammodò comminutus implevit orbem terrarum. Particularius tamen agendo terram suo tempore in tres partes divisam lib. 16. Civit. cap. 17.*

IV. D. Augustinus divisit terram in quatuor partes alias quas nomen Adam in se habet.

II. Dico: Terram ab initio productam à Deo rotundam, & perfectè globosam sine ullis montibus, qui nunc sunt, conditam fuisse; eandemque usq; ad tertiâ diem undiq; aquis coopertam, ut Elementi natura posulat. Tertiâ verò die, quoniam finis, ad quem mundus

F. Amandi Hermann Physica.

ut sint omnes Asia, Europa, & Africa. De America nihil tunc Temporis sciebat, ut etiam dicat cap. 9. supra: Fabulam esse dari Antipodas, Homines scilicet à contraria parte terra, ubi sol oritur, quando nobis occidit, aduersa pedibus nostris calcantes vestigia.

Hodie tamen celeberrima & notissima est Orbis & terræ cognita divisio in Europam, Asiam, Africam & Americam, incognita in Australi & Aquilonarem incognitam.

V.
In qua regna
dividuntur
Europa.

Europa dividitur in sequentia Regna & Provincias, & sunt: Lusitania, Hispania, Gallia, Anglia, Scotia, Hibernia, Belgium, Germania, Helvetia, Italia, Bohemia, Dania, Norvegia, Suecia, Lappia, Finnia, Livonia, Lituania, Curlandia, Prussia, Polonia, Hungaria, Transylvania, Walachia, Moldavia, Imperium Turcicum continens Croatiam ex parte, Boffenam, Bulgariam, Seruiam, Romaniam, Græciam, Russiam, Tartariam minorem.

VI.
Europa Insula.

Europa habet Insulas: Islandiam, Frislandiam, Groenlandiam, Selandiam, Gottlandiam, Schottlandiam, Heberides, Orcades, Insulas Elandricas, Canarias seu Fortunaras, Baleares, Sardiniam, Corsicam, Siciliam, Maltam, Cretam seu Candiam, Cyclades, Sporades, Rhodum, Cyprum, &c.

VII.
Nomina
Oceani in
Europa.

In Europa Oceanus sequentia sortitur nomina; Oceanus Septentrionalis, Mare Sarmaticum, mare Glaciale, Oceanus Deucalionis, mare Germanicum, Oceanus Cantabricus, Aquitanicus, Britannicus, occidentalis, seu mare Atlanticum, mediterraneum, cuius solemniore partes sunt: Mare Ibericum, Balearium, Africum, Sardinum, Gallicum, Ligusticum, Tyrreheum, seu Inferum, Adriaticum, seu Superum, vulgò Golfo di Venetia, Iconicum, Ægeum, seu Archipelagus, Hellespontus, Propontis Bosphorus, Thracicum, Pontus, Euxinus, Palus Mæotis, mare Creticum, Cyprium, Pamphilium.

VIII.
Sinus Euro-
pa. Freta

In Europa sunt sinus sequentes Mare Album, Balthicum, sinus Boddicus, Finnius. Freta ista: Danicum vulgò Sundt; Fretum Britannicum, vulgò Canal, Fretum Herculeum, seu Gibraltar, vulgò Straffe, fretum Corficum, Siculum, & dicti Bosphori & Hellespontus.

IX.
Europa flumina.

In Europa sunt flumina ista: In Hispaniis Tagus, vulgò Tajo; Guadianus, vulgò Anas. In Gallia Ligeris, vulgò Loire; Sequanna, vulgò Seine; Garonne, Garumna; Rhone, Rhodanus; In Anglia Tamensis; In Belgio Scaldis, Mosa, seu Nosarsæ.

In Germania Danubius, Rhenus, Visturgis, Albis, in Silesia Odera, Moldava in Bohemia. In Italia Tiberis, Padus, vulgò Po. In Polonia Vistula. In Russia Borysthenes, Wolga, Duina. In Ungaria Dravus, Valdanus, Fabraria, Kerens, Keres, Bagustus, Cisa. In Tartaria Tanais. Reliquos vide in propriis Locis.

In Europa sunt celebratissimi montes: Inter Hispaniam & Galliam, Pyrenæi. In Tyroli Pyreneus, seu Brenner. Inter Galliam, Italiam & Germaniam Alpes. Inter Bohemiam & Silesiam, Gigantæi, seu Risengebürg. In Ungaria Crapak, & Montana Norvegiae. Reliquos quare in propriis cuiusque terre, & Provincie descriptionibus.

In Regno Portu-Gallie, seu Lusitanie, Urbes celebriores sunt sequentes: Braganza, Braga, Porto, Lamego, Aviero, Vizeu, Guarda, Coimbra, Leiria, Tomar, Portalegre, Lisbona, Eluas, Evora, Olivenza, Setubal, Beia; Ad hoc regnum pertinet regnum Algarie, in quo sunt Tavila, Lagos.

Hispaniarum Monarchia principalissimè in duabus Coronis Castilia nempe, & Aragonia consistit, ad quæ omnia alia reducuntur. Et quidem ad Castiliam pertinet Castilia vetus, in qua sunt Urbes celebres istæ: Burgos, Calahorra, Valladolid, Soria, Olim Numantia, Oxma, Segovia & Avila.

Pertinet secundò castilia nova, in qua sunt Urbes famosa; Siguenza, Monasterium Escorial, quod inter Miracula mundi, ob amplitudinem & magnificentiam recensetur, Alcala de Henares, Madritum, Alcantara, Tolatum, Ciudad Real; ad hoc regnum pertinet Extremadura, in qua sunt Placentia, Badajoz.

Tertiò ad Castiliam pertinet Andalusia, in qua jacent hæc civitates; Corduba, Sevilla, de qua habent Hispani proverbium, est non habito visito sevigilia, non hæc visito Miravigilia, Medina, Sidonia, Cadiz.

Quartò pertinet Granada, in qua sunt Granada, unde regno nomen, Guadix, Alcala real, Almeria, Malaga.

Quintò incorporata est Murcia, in qua sunt Murcia, & Cartagena.

Sextò Galicia, in qua sunt Cornubæ, tuis, Mondonnedo, Conpostella, Lugo, Orense, Tuy.

Septimò Leon, in quo est Leon, Salda manca; huic regno incorporata est Asturia, in qua sunt Oviedo, Santillana.

Octavò, Navarra, in qua sunt Pamplona, ante quam vulneratus est S. Ignatius Loiola, Stella, Oliva, Tudella, Sanguetta; huic regno incorporata est tum Biscaga, in qua est Victoria, Bilbao Portus; tum Guipuzcoa, in qua est Tolosa, Fuentarabia, S. Sebastianus.

Ad Coronam Aragonie spectat primò Aragonia, in qua est Jacca, Venasque, Huesca, Saragossa, Lerida, Albarazum, Tortuel.

Secundò pertinet Catalonia, in qua celebres Urbes sunt: Perpignan, Girona, Barcelona portus, Tarragona, Tortosa.

Tertiò spectat Valentia, in qua est Valentia, Alicante, unde advehitur nobilissimum Vinum, Orihulla.

Quartò Majorica, in qua in diversis Insulis sunt Civitates: Majorica, Minorica & Yuifa.

In Hispania sunt celebres fluvii isti: Iberus, nunc Ebro, Sicoris, Suerò, nunc Nucar, & Taderunc, Guadalantin, & hi defluunt in mare Mediterraneum; In Oceanum verò Occidentalem Boëtis, nunc Guadalquivir; Anas, nunc Guadiana; Tagus, nunc Tajo; Munda, nunc Menda, Durius, nunc Dovero; Minuus, nunc Minho; suntque in Hispania duo promontoria solemnia, nempe Cabo S. Vincente, & Cabo finis terræ.

In Gallia sequentes sunt Provinciæ:

Primò *Britannia*, in qua sunt S. Malo, Rennes, Nantes, Brest ad Sinum, & Insula Belle Isle. Secundo *Normandia*, in qua jacent Caen, Haure de grace, Diepe, Roan, Auranches, Alençon, Lisieux, Eureux. Tertiò *Picardia*, in qua est Provinciola, Boulonois, & Urbes Calais, Bologne, Suissons, Suife, Amiens. S. Quitin, Noyon. Quartò *Le Maine*, in qua est Le Mans. Quintò *Beavæ*, in qua jacent Chartres, Orleans, Territorium *Blaisois*, in quo Blois, Territorium *Louraine*, in quo est Tours, Territorium Anivu, in quo est Angiers, Savinur. Sextò *Isle de France*, in qua sunt Paris, S. Dionysius, S. Germanus, Senlis, & Provinciola Gastionis, in qua est Montargis. Septimò *Campania*, in qua sunt Troys, Rethel, Sedan, Rheims, Charteville, Chalons Langres. Octavò *Puiczon*, in qua sunt Poicziars, Fonteney, Maillezais. Nonò *Bervi*, in qua Bourges. Decimò *Burgundia*, in qua est tum *Ducatus Burgundia*, in quo sunt Dyon, Autun, Charons, Mafcon, Auzerre, Provinciola Nivernois, in qua est Levers & Charolles; tum *Comitatus Burgundia*, in quo sunt Gray, Belanzon, *Vismuntium*; Dola, Malins; tum *Bresse*, in qua sunt Bourg, Bellag.

Undecimò ad Galliam pertinet *Sain-*

tonge, in qua est Saintes, Rochell. 12. *Angoumois*, in qua Angoulesme. 13. *Limos*, in qua Lemoges, Tullis. 14. *Auvergne*, in qua Clermont, S. Flour. 15. *Bourbonnois*, in qua Bourbons, Molins. 16. *Lionnois*, in qua Lion Lugdunum, Beavicu, Feurs, Roanne. 17. *Savoia*, in qua sunt Chamberg, Geneve, Tounon, Moulitier, S. Joannes, Auste Pignerol. 18. *Guafronia*, Aquitania, in qua sunt 14. Provinciola, quarum nomina cum earum Urbibus sequentia sunt: *Guienne*, ibi est Bourdeaux, *Bazabois*, Bazas, Civ. *Agenois*, Agen Civ. *Condom*, idem nomen Civitati; *Landèr*, Dax Civ. *Armagnac*, Aux Civ. *Guascogne*, Agre Civ. *Guare*, Verdun Civ. *Basque* Bayonne Civ. *Bearn*, Pau Oleron Civ. *Bigorre*, Tarbe. *Estræ*, Bonlogne Civ. *Cominges*, S. Bertrand; & *Comerans*, in qua est S. Lieger. 19. Pertinet ad Galliam *Perigot*, in qua est Perigueuz, Sarlat. 20. *Quercy*, in qua est Cohors. 21. *Languedoc*, ad quem pertinent Territoria sequentia; *Tholosanum*, in quo Tholoufe, Manta, Uban, Rieux; *Foicense*, in quo Mirepoix, Pamiers; *Narbonense*, in quo Narbonna, Carcaffone, Aleth, Pons de Tomiers; *Albigense*, in quo Albus, Castres;

Rovergensè, in quo Roder. *Guivandanum*, in quo Mende; *Velanum*, in quo Le Picy; *Vivaranum*, in quo Viviers. *Beserense*, in quo Beziers, Lodeve, Agde; & *Nismecense*, in quo sunt hæ Urbes: Nismes, Ulsez, Montpellier, Orliens, Aurelia. 22. *Delphinatus*, in quo jacent Vienne, Valence, Die, Grenoble, Ambrun, Brianon, Bareimonette. 23. *Provincia*, in qua sunt Aix, Arles, Marseille, Souton; & tandem ad Galliam pertinent Comitatus *Avinionensis* & *Ducatus Orange*. Et hæc de Gallia, cujus fluvii suprà relatis adjunge Matronam, qui influit in Sequanam, & Saana, qui influit in Rhodanum.

Magnæ Britannia Regnum, divi-

ditur principalissimè in tres partes, & totidem Regna, nempe Angliam, Scotiam, & Hiberniam. *Anglia* in se continet *Kent*, in qua est Cantuaria. 2. *Suffez*, in ea est Richemond, Chechester. 3. *Essez*, in qua est Londinum, & Cholcester. 4. *Castangle*, ubi est Ipswick & Cambridus. 5. *Mercia*, in qua est Oxonium, Bulingam, Northamton, Warwik, Glocester. 6. *Norumberland*, in quo est Yorck, Richemond, Lancaster, Appelbge, Novum Castellum, Eboracum. 7. *Wesssex*, in quo est Winchester, Salesburg, Winfor, Excester, Abington, Dorchester. 8. *Wales*, in qua sunt Denbigk, Montgomery; Insulæ: Anglesey, Breknok, Pembrock, Montmouth, & Sorlings. *Scotia* versus meridiem habet Civitates Barwick, Peblis, Glasko, S. Andre, Edinburg: Versus Aquilonem Aberdon, Dunesby, Dunkell. *Hibernia* habet Dublinium, Armagh & Caschel.

Belgium dividitur in *Hispanicum*, &

Confederatum; *Belgium Hispanicum* continet *Brabantiam*, in qua est Lovanium, Bruxella, Antvernia, Ducatus Arschot, Comitatus Canrecroy, Bergen, Breda, Majoratus Herenthals, Sylvaduca. Secundo *Mechlinium*, Tertiò *Flandriam*, quæ subdividitur in Germanicam, in qua sunt Gravelinga, Dunkerka, Ypren, Gandavum, Gent; Audenard, Courtray, Ostende, Brugg, S. Luys. In Imperialem, in qua est Aelst, Dendermonde, Ullst, & in Gallo, seu Italo-Flandriam, in qua est Ryffel, Dovay, Orchies, Dornik. Quartò *Atrebatum*, ibi est Mons, *Bergen* vulgò. *Camerinum*, & *Marieburgo*. Sextò *Namur*, ibi est Namur. 7. *Lucenburgicum* Ducatus, hic continet Comitatum *Rochefordensem*, Ducatum *Bullionensem*, Comitatum *Barensem*, in quo Damviller. 8. *Limburgum*, ibi sunt Comitatus *Falckenburgensis*, *Dalhenfis*, & *Herzogradensis*. 9. *Geldriam* Hispanicam, in qua est Rurimund, Comitatus Horn, Kessiel & Meurs.

Ad Belgium unitum & confederatum

primò pertinet *Hollandia*, & alia est *Australis* continens *Wircum*, *Gorcum*, *Schonhoven*; Alia *Aquilonaris*, & *occidentalis* *Frislandia*, quæ habet *Alema*, *Horn*, *Enkhuyfen*, *Harlem*, *Nardem*; alia *Hollandia* sine addito, in qua est *Amstelodanum*, *Schiedamum*, *Leidem*, *Delft*, *Gravenhag*, *Rotherodanum*, *Goude*, & *Lu-*

XVII.

Magna Britan-
niæ Provincie
Urbes.

XVIII.

Belgium His-
panicum, ha-
bet Brabantiam
Mechlinium
Flandriam.

XIX.

Belgii uniti
Provincia.

fulæ Tezol, Ullieland, Skelling, Voorn, Dort, Briel. Secundo Selandia, in qua est Mieddelburg, Wisingen, ter Veer. Tertiò Territorium Trajectense, in quo Trajectum, & Amersford. Quartò Frislandia, in qua sunt Levarde, Franiker. 5. superior Insula, in qua sunt Deventer, Cœvorden, Campen, Navalia, Schwoll. 6. Gronningen. 7. Geldria Confederata, in qua sunt Niemege, Archheim, Zutphen.

XX. Germania primo dividitur in ea que est ultra & que est cis Rhenum & primò Heluetia.

Germania totius Europæ, seu ut Draconem volantem, seu Fœminam sedentem consideres, Corpus & Pectus, ut vel hinc Germanos, quasi Gar mannos, & Alle manos dicere possis. Germania, inquam, superseco à laudibus, primò dividitur in eam, quæ est ultra & cis Rhenum. Mihi ultra Rhenum, primitis occurrit Heluetia, quæ in tredecim Cantones, seu Territoria, seu ut aliis placet, Pagos, aut Civitates dividitur, suntque istæ Tegurum Zurich, Berna, Lucerna, Uria, in qua Altorfium, Suicia, Sylvania, vulgò Unterwaldern, Tugium Zug, Glarona seu Glariz, Basilea, Friburgum, Solodurnum, Solthurn, Abbatiscella Appenzell, Scaphusia Schaffhausen. Quibus adjacent vicini Wallenses, ubi est Stavaria & Grifones, seu Graunpunter ubi est Curia, vulgò Chur.

Alsacia.

Secundo est Alsacia, eaque duplex: Superior habet Colmarium, seu Columbaria; Inferior Argentinam, seu Strasburgum, huc pertinent Priscovia, in qua est Brisacum, & Sultgavia, in qua est Pfirdt.

Lotharingia.

Tertiò Lotharingia, cujus una pars pertinet ad Ducem Lotharingiæ, in qua est Nanca, altera ad Regem Gallia, in qua est Metis-Metz; Tullum Doll; Verdunum, & Ducatus Barenfis.

Palatinatus inferior.

Quartò est Palatinatus inferior, in quo est Budoris, seu Heidelbergæ, cui etiam annumerari potest Ducatus Bipontanus, seu Zwycbruck, Landsberga, Lautereck, Brickenfeldensis, imò Spira & Vormatium, seu Woorms.

Archi Episcopi Treviren.

Quintò Archi Episcopus Trevirensis, ad quem pertinet Confluentia, Coblentz, & Wittlich.

Moguntinus.

Sextò Archi Episcopus Moguntinus, ad quem pertinet Aschaffenburg.

Colonienfis.

Septimò Archi Episcopus Colonienfis, ad eum pertinet Bonna, Nissa.

Octavò Juliacenses ex illa parte Rheni, ut Juliacum, Cleve, Ravenstein.

Nonò Episcopus Leodienfis.

XXI.

Germania nobis cis Rhenum alia superior alia inferior dicitur.

Germania cis Rhenum dividitur primò in superiorem & inferiorem, seu in sublimem & dimissam; sublimior & superior habet Regiones, & Provincias, primò Sueviam, cujus una pars est ultra Danubium, in qua est Augusta Vindelicorum, Campidona seu Kempten. Memingen, Lindau, Marchionatus Burgavienfis, in quo est Gunsberga, Episcopus Constantienfis, & Taxagerium Rottweil: altera pars jacet cis Danubium, in qua sunt Ulma Donevert, Ottinga, Dickelspiel, Gmyndt,

Halla, Heilbrun, huc etiam pertinet Ducatus Caluconensium, seu Megapolitanus, in quo est Stugarda, Pforzheim, & Hochberg. Secundo Bavaria, cujus etiam una pars ultra, & alia cis Danubium est, ultra duplex: superior, in qua est Monachium, Episcopus Frisinganus, item Ratisbona, & Neoburgum; Inferior habet Landsbutum, Baticum seu Passavium, & Juvanium, seu Salisburgum. Altera pars est Danubium complectitur superiorem Palatinatum, in quo est Ambergæ, Sulzbacum, Landgraviatus Lichtenberg, Norimberga, Eichstadium, Ingolstadtum, & in Confinibus Bohemiæ Neostadium, & Egra, quæ jam incorporata est Regno Bohemiæ. Tertiò Tyrolu Comitatus, in quo est Oenipontum, Brixium, Tridentum, & Bulzanum.

Quartò Austria, in qua est Vienna, seu Julibona, Kremsum; Aredata, Lincium, Claudia, seu Claustro, Neoburgum ex corpore S. Leopoldi celebre. 5. Syria, in qua est Græcium; Julium Carnicum, Villach, Petru Petta, Cilley Zelia. Sextò Carinthia, in qua S. Vitus, Volckmart. Septimò Carniola, in qua est Labacum, Nauportus, Cirknitz, Othavò Liburnia, seu Windismarch, in qua est Metting. Nonò pars Croatia, Sclavonia, & Dalmatiæ.

Ad Germaniam inferiorem & Balfam, spectat primò Regnum Bohemiæ, in qua sunt Solemniore Civitates Praga Metropolis, altera pene Roma, Regino Radecium, Budovicium, Pilsna antiqua, & fidelis semper, ac Catholica; Berauna, Littomericum, Nova Domus, Thabor, Luna, Satz, Colnium Paredubitium, Czahlavium, &c. quibus adjecta est ad Bavariam Argelia, Egra, & et Ditione Principum Monstbergenium Comitatus Glacensis ad Silesiam.

Regno Bohemiæ colligatæ sunt, Silesia, quæ duplex est superior, & inferior, hæc habet octo Principatus, nempe Grossensem, seu Kasurgensem, Colanocum, seu Glogovensem, Saganensem, Lignicensem, seu Lugidunum, Javoriensem, Volaviensem, Ollensem, & Bidurgensem, seu Utratislaviensem. Superior habet Principatus novem, nempe Svidnicensem, Bregensem, Monstbergensem, Gortkoviensem cum Episcopali Districtu Nitentis, Carnoviensem, Oppaviensem, Eburum, seu Oppoliensem, Ratiboriensem, & Theschensem, cum Comitatu Plessens, qui omnes sua nomina habent à Civitatibus Principatuum, ejusque singulis aliud territorium Provinciale adjunctum est, quod vocant Weichbildt.

Adjunctus est etiam Marchionatus Moravia, Olim Marcommania, in qua sunt Civitates celebriores Olomucium, olim Juliamontium, Parienna, seu Bruna, Zuoyma, seu Singona, Iglavia, Meferiz, &c.

Item adjuncta fuit Lusatia tam superior, quæ habet Galegia, seu Gortlitium, Baunza, Susadata, seu Sitta: & Inferior, in qua est Tarta, Guben & Catbur.

In Germania inferiori secundo est

XXIV. **Franconia**, cuius una pars versus Austrum est, & in ea sunt Comitatus Erpacensis, Werthemienfis, Marchionatus Onspacensis, Episcopatus Herbiolenfis, Ducatus Koburgensis, Marchionatus Kulmbacensis, & Bayrertanus, Provincia Hemelberger, in qua Schleisinga, Schwinfurdu, Schmalcaldum; Civitas Franconfordum, Comitatus Hanaviensis, Reineccensis, Territorium Weinzerense, in quo Aschaffenburgum, Hamberga, Puzbachum, Fridburgum, Kostum, &c.

Altera pars Franconia quae est

XXV. **Aquilonaris**, in se complectitur Landgraviatum Halsia, qui alius est Darmstadtensis, alius Chastrius, seu Cassel, includitque in super Comitatum Waldecensem, in quo est Korbachum, 2. Abbatiam Hirschfeldensem, Comitatum Imburgensem, & Fuldensem Abbatiam. Haec pars Franconia secundo complectitur Wetteraviam, & haec alia est Wisbadensis, alia Sarbrucensis, alia Dillenburgensis, in qua sunt quinque Comitatus, videlicet Nassoviensis, Katzenellobogensis, Diezcentis, Bilsleinenfis, & Dillenburgensis; alia Sigensis, Isenburgensis, & Solmifcentis.

Ad Germaniam Inferiorem tertio

XXVI. numeratur **Saxonia**, quae partitur in superiorem & inferiorem, superior continet primò **Voitlandiam**, in qua sunt Aulae, Plaanum. Secundo **Thuringiam**, in qua jacent Territorium Erfordense, Eisfeldense, Ducatus Winnariensis, ad quem spectat Jena, Eisenbacum, & Salla; Ducatus Gottanus, & Imperiales Civitates Mylhausen & Northausen. Tertio est Comitatus **Mansfeldensis**, Stolbergensis, Cornhausen. Quarto **Saxonia Electoralis**, in qua est Wittenberga, Torgadam, Marchionatus Misnensis, in quo Lipsia, Misnia, Dreida, Ducatus Altenburgensis, Namburgum, Marfa, seu Morsburgum & Halla. Quinto **Anhaltinum**, in quo est Dessavia, Zerbst, Ascherleben, Bernburgum. Sexto **Parthenopolis**, seu Magdeburgum cum Comitatu Darbyensi. Septimo **Marchionatus Brandeburgicus**, & alius est antiquus, in quo est Tangermundum, alius novus, in quo est Kustrinum, & alius medius, in quo est Berlin cum Colonia, Brandeburgum & Territorium Sterbergenfe.

Ad Saxoniam inferiorem numerantur

XXVII. Ducatus **Virunensis**, seu Brusiuensis, in quo est Brusiuicum, Wolfenbittel, Hellsstadt, Episcopatus Hildesheimensis, Comitatus Schiegebergensis, Ducatus Grubenhagensis, Episcopatus Halberstadtensis. Secundo annumeratur Ducatus **Luneburgensis**, Zellenfis, Hanoviensis, Comitatus Harbrucensis, Danebergensis. Tertio Comitatus **Schauburgensis**. 4. Ducatus **Lauburgensis**, apud quem est Razeburgum. 5. Ducatus **Megopolitanus**, in quo est Rostock, Gultrau, Schuerin, Wisfmar. 6. Ducatus **Pomeraniae**, in quo est Sidinium, seu Stetinum, Strallundum, Greiffwaldt, Rygen, Camin, Wollia, Stolpe, Kollberg; adjacet Casubia, & Pomerella. 7. Episcopatus **Bremenfis**. Leuphana, seu Lubekum. 9. Hambur-

gum. 10. **Holsatia**, in qua est Kiel, Rensburg, Meldark, Glycksstadt, Ducatus Ullesvicensis, & adjacet Insula Alfen.

Quarto est in Germania inferiori Si-

XXVIII. **cambia**, modò Westphalia, in qua primò est Orientalis Frislandia, in ea est Enden, Aurik. 2. Comitatus Oldenburgensis, in quo item est Delmenhorst, Iveren. 3. Episcopatus Monasteriensis, in quo item est Bucholdt, Carlsfeld. 4. sunt plures parvae provinciae, ut Comitatus Hoyensis, Diepholtenfis, Benthenfis, Lingensis, Tackelburgensis, Ravenspergensis, Rekenbergensis, Episcopatus Mundenfis & Carveyensis. 5. Episcopatus (Tuderium) seu Paderbornensis. 6. Ansburiu, Osnaburgensis. 7. Ducatus Westphaliae, in quo est Wale, & Comitatus Reklinghausen. 8. Juliacenses Provinciae, ut Comitatus Nareccensis, & Ducatus Montanus, seu Bergensis, in quo est Difteldorff, Sallingen. Et 9. Comitatus Waldecensis.

Hinc ad Daniam, ad quam primò

XXIX. pertinet **Iutlandia**, in qua est Ripen Archus, Fridrichsode. 2. Insulae, **Selandia**, in qua Koppenhagen, Rotfchuld, Cronenturgo: **Finnia**, in qua est Odenfee. 3. Parva Insulae. 4. **Norvegia**, in qua Bahus (habent nunc Sueci) Bergen, Dranthen, Warhus. 5. **Islandia**, in qua flammivomus Mons Hecla. 6. **Granlandia**. 7. Spitzbergen.

Ad Sueciam pertinet primò Sonnen,

XXX. Halland, & Btenkingen. 2. **Suecia**, in qua Stockholm, Upsalium, Colmarium, attinet huc Jotlandia. 3. **Laplandia**, in qua Uma, Pita, Lapmark. 4. **Botnia**, in qua Lula, Torne. 5. **Tinlandia**, in qua Abo & Provincia Carelia, in qua Wiborgum. 6. **Ingeria**, in qua Oreska. 7. **Livonia**, in qua Riga, Revel, Doerpt.

Ad Poloniam pertinet primò Minor,

XXXI. in qua est Cracovia, Sandomiria, Lublinum: deinde **Major**, in qua est Pofnania, Kalis & Si-rad. 3. **Cuiavia**, in qua Brezeltge, Dobrzin. 4. **Majovia**, in qua Plooczko, Warfavia. 5. **Russia**, in ea est Leopoldis, seu Lemberg, & Geltz. 6. **Podolia**, in qua Kaminez. 7. **Litvania**, in qua Vilna, Grodna, Kowno, Munsck, Novogradum; Item **Podlachia**, **Polesia**, **Volhynia**, huc attinent Kiow, & nunc dicitur Ukraina. 8. **Prussia**, & haec duplex est; Regia, in qua est Turonium, Elbinga, Marieburgum, Gedanium. Electoralis, in qua est Regiomontium. 9. **Curlandia**, in qua est Wittau, Goldingen. 10. Sengallen. 11. **Samogetia**.

Ungaria duplex est, superior, & inferior:

XXXII. in illa est Pofonium, Temeswar, Zatmar Tokay, Kaffichau, Nova Solium. In Inferiori est Raab, & Komorren, seu Alata Castra, ac plures Civitates nobilissimae, quas Turcae habent, ut Buda, seu Offen; Albanum, seu Stul Weiffenburg, Belgradum, seu Alba Graeca, Taurinum, & Grichischweiffenburg, quinque Ecclesiae. Item Rascia, Walachia, Moldavia, Transylvania; Sed majorem partem Hungariae, Eheu! Turca possidet, sicut etiam Croatiae, Slavoniae, Dalmatiae, Albaniae, & Boffenae, imò totam Serviam, Bulgariam, Romaniam, in qua est

XXVII. Ad Germaniam inferiorem pertinet quarta Westphalia.

XXVIII. Dania Provincia.

XXIX. Suecia Provincia.

XXX. Polonia descripta.

XXXI. Ungaria Umbes & Provincia.

est Constantinopolis, & Adrianopolis, Macedonia Græciam, Moream, Candiam, & Archi-Plagum, quæ sunt omnes Provinciæ, & Regna ad Europam pertinentia.

XXXII.
Hæc partitiones.
Respublica Veneta.

Italia sequentes Status, Dominia, & partitiones habet; primò est Respublica Veneta, quæ possidet Istriam, ubi est Cabo d' Istria, Foro Julium, ubi Palma, Marchia Trevisana, ubi Tarvisium, Venetia; partem Lombardiæ, ubi Padua, Vincentia, Verona, Brescia, Bergomum, Crema. 2. sunt Principatus Lombardici, ut Status Mediolanensis, in quo est Mediolanum, Novara, Cremona, Pavia. Territorium Sabaudicum, in quo, in Provincia Pedemontana, est Turinum, Suse, Saluzza, Asta: In Monserrato, Trino, Casale; in Nicæa Nizza, Barinonetta. 3. Ducatus Mantuanus, in quo Mantua, Guastalla, Sabionetta, Bassolo, Castiglione Solfarino, Novellara. 4. Ducatus Modenensis, in quo Modena, Reggio, Capri, Serfolo. 5. Ducatus Parmensis, in quo Parma, Piacenza. 6. Mirandula. 7. Respublica Januensis, in qua Genua, Pontofino, ad eam pertinet quoque Ducatus Monacensis, item Oneglia, & Final. 8. Tuscia, in qua Florentia, Pise, Senæ, & adnumerantur, Luca, Piombino, Castro.

Mediolanum

Ducatus Mantuanus.

Mondenensis

Respub. Januensis.

Tuscia.

Status Pontificis.

Nonò Status & Dominia Pontificis, quæ sunt S. Campania d' Romæ, in qua Roma, Ostia, Palestrina. 2. Patrimonium S. Petri, in quo Viterbium, Urbs Vetus. 3. Sylvestro, Orvietum, Perugia. 4. Ducatus Spoletanus, in quo Spoletum, Norcia, Assisium, 5. Ducatus Urbinatus, in quo Urbinum, Fossiumbruno, & Respublica S. Marino. 6. Marchia Anconitana, in qua Ancona, Loretum. 7. Romandiola, in qua Ravenna, Ariminum Faventia, Bononia, Ferraria, & 8. Beneventum, quod jacet in Regno Neapolitano.

Regnum Neapolitanum.

Est hoc Regnum 10. pars Italiæ, in qua sunt Neapolis, Pozzuolo, Capua, Salernum, Amalfi, Otrantum, Brundisium, seu Brindisi, Tarantum, Reggio. Ad hoc Regnum attinet Sicilia, in qua Messanum, & Panormum. In Sardinia præcipua est Cagliari. In hoc Regno maximè memorabiles sunt flammivomi Montes, Vesuvius, dictus Monte di Soma, & Ætna, dictus Mont Gibel, estque in Sicilia.

XXXIII.
In Asia plurimum Tyrannorum Dominia sunt.
Imperium Turcicum primum.

In Asia sunt Tyrannorum Dominia, prima & principalissima quinque, nempe Imperium Turcicum, Persia, Tartaria magna, China, & India Orientalis.

Imperium Turcicum in se continet sequentes Provincias & Regna, Asiam minorem, seu Natoliam, Galatiam, Capadociam, nunc Amasiam, Syriam Palestinam, Phœniciam, Armeniam majorem, nunc Turcomaniam, Armeniam minorem, nunc Regiam, Albaniam, nunc Georgia orientalis, Iberiam, nunc Georgia occidentalis, Cholchiden nunc Mengrelia, Mesopotamiam, nunc Diarbeck, Babyloniam, seu Chaldæam, Arabiam, & Assyriam nunc Arzerum.

Secundum Regnum Persicum.

Regnum Persicum versùs Orientem habet has Provincias, Atropatenam, Sirwan, Mediam, nunc Sarch, Sufianam, nunc

Elaram, & Chusistan. Versus Occidentem Hircaniam, nunc Carafet, vel Kilan, Margianam, nunc Iselbas, Bacchianam, nunc Corazan, Arianam, nunc Diargument, Poropamisem, nunc Sablestan, Drangianam, nunc Sigistan. In medio sui habet Parthiam, nunc Arac, Persiam, nunc Farli, Caramanniam, nunc Chirman, & Guadel, huc etiam pertinent Ormus, & Guzarete.

Magna Tartaria continet sequentes Provincias: primò, Tartariam desertam, in qua jacet, Horten, Cazan, Nangasia, Tumen, Attracan, Lucomori, Samoieda, Molgomzaia. Secundò Zagatai. 3. Turchestan. 4. Cathariam; habet hæc Regna Tangud, Camul, Ermigul, Carazan, Tenduc, quod est Regnum magni Sacerdotis Joannis. 5. Tartariam veterem, in qua Ung, & Mongul. In China sunt hæc Regna; ad Sinum, Cantam, Foquien, Chequien, Nanquin, Xanton, Paquin: in medio Xiamsi, Canfis, Sancy, Hanum, Juana, Fuquam, Suinam, Quichen, Qeneis, huc etiam pertinet Conchinchina.

In India Orientali sequentia sunt Regna versùs occidentem: Oriza, Narsinga, Coromandel, Malabar, Cambaia, Decan. Versùs Orientem Cambodia, Siam, Pegu, Bengala, Araca, Malacca. Versus aquilonem est Idostan, quod Regnum Mogols dicitur, suntque intus Provinciae Delli, Cator, Molta, Mandoa, Sanga.

In Asia sunt plures Insulæ, quæ in triplici differentia constituuntur, majores, mediæ & parvæ. Majores: Nova Zembla, Joponia, Luconia, vel Manilha, Sumatra, Borneo. Mediæ sunt Java, Mindanao, Celebes. Parvæ: Gilolo, Amboina, Timor. Conservate Insulæ sunt Maldive, sub quibus Ceylon, Molucca, Philippina, Joponia, Delas, Velas, seu Ladrone, & Bandanco.

In Asia sunt sequentes Celebriores Civitates, in Natolia Smyrna; in Syria Aleppo, Damascus; in Palestina Jerusalem; in Babylonia Bagdad. In Arabia Mecca. Aden: in Persia Isphan, Schiras. In magna Tartaria Cambalum, Samaracand, in China Pequim, Quinsay, Macao. In India Orientali, Calcut, Cochinchin, Goa, Suratta, Agra, Candahar. In Joponia Meaco; in Java Battavia; in Cælon Condi.

In Asia sunt sequentes partes Oceani, Oceanus Scythicus, Syricus, Chinentis, Indicus, mare Tartaricum & Archipelagus S. Lazarati.

In Asia sunt sequentes Sinus Arabicus, qui est mare rubrum, Persicus, Gangeticus, nunc Golgo di Bengala.

In Asia sunt sequentia Freta, Fretum Manilhas, Waygats, Giaciale, Anian, Stretum di Sunda, Fretum Babel, Mandel, Bazona; & maximus Lacus in Asia est mare Caspium.

In Asia sunt sequentes fluvii. In Palestina Jordanus; in Mesopotamia Euphrates, & Tigris.

& Tigris; in India Ganges, & Indus in Tartaria Obius.

In Asia sunt celebratiores montes isti: Libanus in Syria; in Arabia petrosa Sinai & Seir; Taurus in Natolia & Imaus in magna Tartaria.

Africa Tertia Orbis pars notissima, in ea sunt sequentes Provinciae & Regna. Primò *Aegyptum*, in qua sunt celebratissimae Civitates Alcair olim Memphis, Alexandria & Damiat. Secundo *Barbaria*, in qua haec sunt Provinciae & Libes, Baria, Tunis, olim Carthago, Tripolis, Tremisen, Alger, Fez, ubi est Respublica Sales, Maroco & Dara. Tertiò *Biledulgerit*. Quartò *Sarra*. Quintò *Mauritania*, seu Nigritania, in qua sunt Senega, Guinea. Sextò *Aethiopia* interior dicta Aabyssina. Septimò Exterior, in qua sunt sequentes Provinciae: Congo, Monomotapa, Zangibar, huc pertinent Cafates, Kilon, Mombaza, Melinde & Aian, quò spectant Adel, Adea, Magaduzzo.

In Africa sunt sequentes Insulae; Canariae Insulae, d' Ascension, S. Thomae, S. Helena, Madagascari, seu S. Laurentii, Zocotora, in qua Aloë crescit, Insulae Mascarenia, inter Madagascari & Africam.

Promontoria verò sunt celebrata, Cabo Verbe, Cabo Lopo, Gonsalves, & bonae spei.

In Africa sunt sequentia nomina Oceani, mare Atlanticum, Aethiopicum, Oceanus Orientalis, mare Indicum, Asperum, & Insulae Madagascari.

In Africa sunt sequentes Sinus: mare Mediterraneum, mare Rubrum, Sinus Barbaricus. Freta: Herculeum & Babel, Mandel. Lacus isti: Zaire, Zaflan, Niger. Fluvii: Nilus, Zaire & Niger. Montes: Atlas in Mauritania, Sierra, montes Lunae, Pico in Insula Canarica, Teneriffa.

America recentissime inventa Orbis pars maxima, dividitur in Septentrionalem & Meridionalem. Septentrionalis habet primò Canadam, quae subdividitur in Eskotilandiam, Corterealem & Terram Laboradon. In Septentrionali secundò est Nova Francia, ad quam pertinet Norumbega. Tertiò Virginea. Quartò Florida. Quintò Nova Granata. Sextò Nova Hispania, ad quam pertinet Nova Galicia, Mechoacan, Mexicana, cum Civitate Mexico, Jucatan, Guatimola & Nicaragua.

In America Meridionali sunt primò Castellae aurea, in qua sunt Civitates Nombre de Dios & Panama, item Carthagena. Secundo Bagota. Regnum Peru, seu Peruvia, in qua sunt Civitates Lima, Camana, Cusco, Quito, Potosi. Tertiò Chili. Quartò Chica. Quintò Brasilia, in qua sunt Civitates Todos los Santos, seu omnium Sanctorum, Pajmambuco, Peraguaria.

F. Amandi Hermann Physica.

In America sunt sequentes Insulae: Terra nova, California, Hispaniola, Cuba, Jamaica, Insulae Principis, omnes in sinu Mexicano, Insulae Camarcanae, seu Caribes, Insulae Barbados & Salomonis.

Insula.

In America Oceanus duplex tantum nomen fortitus est, mare del Nort & Mar del Zur, seu Pacificum. Sinus sunt: Mare Vermetum, seu Californium, Sinus Mexicanus & Kudsonii. Freta verò: Magellanicum, le maire, Davis Forbichers & Arican. Lacus Titicaca in America Merid. Nicaragua Froquois in Canada, Eupama, Puerto delos Reges in Brasilia & Parime. Fluvii Maragnon, seu Amazonum fluvius di Plata & Fancierò.

Sinus, Lacus, freta fluvii.

Et haec est descriptio totius Orbis terrarum, Amice Lector, paulò fufius quam speravi, feci tamen non adimplendae chartae gratia, sed tam curiositati tuae providendo, hanc etenim Lectioe totam facile peragrate poteris, omnemque distributionem recensere & utilitati consulendo, hanc enim in Geographicis descriptionibus juvari, & tu opellam hanc magis perficere te valebis.

De magnitudine dixerunt alii & ego hoc, unicum, respectu Caeli punctum est. Et cur ergò tanti terrena aestimantur? Apud Aristotelem tamen habet milliaria 50000. apud Eratosthenem 31500. apud Hipparchum 34625. apud Ptolomaeum 22500. apud Alphraganum 20400. & apud Recentiores in ambitu suo continet milliaria 19080.

QUAESTIO VII.

De Aere Aqua & Igne.

Pro Aere aliud dici non est necesse, quam cum in tres regiones distribui, *supremam*, scilicet, *mediam* & *infimam*. Infima proxima nobis incipit à superficie terrae & aquae, & protenditur usque ad certum locum, ad quem pervenit notabilis reflexio radiorum solarium à terra: media incipit à superiori parte infimae regionis, & protenditur usque ad certum locum, ad quem altissimae nubes ascendere possunt, in qua generantur nubes, grando, nix, &c. Deinde sequitur *suprema*, quae protenditur usque ad superficiem concavam ignis, in hac regione generantur metheora ignita.

I. Aër habet tres Regiones.

De Aqua Quaes primò: Quo pacto aquae maris contineri possint in cavernis terrae, quae constituunt regionem maris? Ratio dubitandi est: Quia moles aquarum, quae appellatur mare major videtur esse, quam sit tota terra, cum aqua sit Elementum superius & nobilius, quodque in initio creationis mundi totum terrarum Orbem circumambiebat, & praeterea sit rarius

II. Quomodo aqua possit contineri in cavernis.

0000 atque

atque tenuius, eaque mole grandius, quam terra. Respondetur: Cavitates illas terrae, quas Dei imperio tertiae Creationis mundi die existisse supra dixi, & quae sunt receptacula maris, esse ingentes. Deinde: aquas ipsas, dum circumfundebantur orbi, multo rariores & tenuiores fuisse, & ut aliqui volunt, modo materiae nebulae operuisse terram, tum sine cavitate perfecte sphaerica segregatas, aut multum coactas fuisse, densatasque, unde & factum, ut minore loco & receptaculo egerent. Ex eo autem, quod aqua initio ambiat terram, non recte inferitur, eandem majorem esse terram. Licet enim undique in orbem circumdaret terram, multo tamen minor erat altitudo à superficie terrae ad superficiem illius, quam altitudo terrae à centro ad ipsius superficiem, & sine dubio DEUS aquas, quas die tertio terrae receptaculis reclusurus erat, in ea quantitate initio condidit; quanta illis concludi commodè posset; terram verò multis partibus majorem esse, quam aquam, ostendunt Mathematici. Quod autem Aqua nobilior sit Elementum, quam terra, non arguit, id esse etiam majus. Orbis enim Solis, nobilior est, quam orbis Martis & caeteri orbis superiores, nec tamen major, cum ambiatur ab orbe Martis.

III.

Quare mare in tot finis sit divisum.

Quaeres secundò: Cur mare in tot finis divisum, & non potius in unum locum simul collectum? Respondeo: causam esse, ut ea ratione tota terra discooperta proximior esset mari, atque ita commodius irrigaretur pluviis, quae majori ex parte fiunt ex vaporibus è mari elevatis, & ut commodius ventis maris refrigeraretur.

IV.

Nullum animal vivit in igne.

Quaeres tertio: Utrum aliquod animal in igne vivere possit? Respondeo non posse. Ratio est, quia ad vitam animantium certum requiritur temperamentum primarum qualitatum, hoc enim forma substantialis necessariò requirit ad sui conservationem in materia, & sine eodem nec tactus esse potest, & consequenter nec vita animalis; At huiusmodi temperamentum ignis, sua acrimonia & agendi efficacia dissolvit: ergò.

V.

Nec Pyrausta, nec Salamandra in igne vivit.

Dices: Aristoteles lib. 7. de hist. anim. c. 19. scribit, animal quoddam pennarum, muscis grandibus paulò majus, quod πυραυστα, vel Pyralis dici solet, in Cypro in arariis fornacibus, ubi Chalcites lapis ingestus compluribus diebus crematur, nasci & vivere, & si longius paulò avolet ob igne, statim emori. Idem etiam refert Plinius l. 11. c. 36. Idè loco citato scribit Aristoteles de Salamandra, & Plinius l. 11. c. 36.

nonnulla corpora esse animalium (inquit Aristoteles) quae igne non absumantur, Salamandra claro documento est; quae, ut ajunt, ignem, ambulans per eum, extinguit. Respondeo Aristotelem lib. 2. de Gen. an. c. 3. disertè dicere, nullum animal generari ab igne (& ex principiis illius planè deducitur) nec vivere in eodem ullum animal posse. Quare quod de Pyrausta, & Salamandra illis locis dixit, non tam asserendo, & ex propria sententia pronuntiassè censendus est, quam ex aliorum sententia retulisse. Quod etiam illud, ut ajunt, indicat. Et Salamandram, licet, quia primò humidæ & frigidae naturæ est, suo attractu prunas aliquamdiu extinguere perhibeatur, nihilominus tamen igni non diu resistere, testatur Dioscor. lib. 2. c. 52. & Galen.

Quaeres quartò: Utrum aliquod

mixtum omninò illæsum conservari possit in igne? Respondeo, licet quaedam inveniuntur mixta ad eò compactæ & frigidae naturæ, ut igni magnopere reluctentur, nullum tamen esse, quod non calefieri & falcem, quoad compositionem qualitatum, dissolvi possit ab igne. Ratio est, quodcunque corpus mixtum non resistit actioni ignis, nisi ratione soliditatis & frigoris; at soliditas, licet retardare nonnullam actionem ignis possit, non tamen ex toto impedire potest. Pari ratione neque frigus, cum calor, qui summus est in igne, sic a vior frigore etiam summo, quod tamen non est in illo mixto, sed solum in aqua & terra, ut de his constat ex supra dictis, & de illo constat ex infra dicendis: ergò.

Dices: Adamas naturam habet ignis, &

rique contemptricem, ut scribit Plinius lib. 37. nat. hist. c. 4. ita ut potius malleos, incandescentes frangat, quam ictibus cedat & non solum conservetur in igne, sed ne calefiat quidem, sicutem, ut aliqui scribunt, usque ad nonum diem. Idem lib. 36. c. 19. de Amiante lapide, qui in nido quarundam Aquilarum invenitur & dicitur Aetibes, id est aquilaris. Respondent Combricenses, certà experientia constare, Adamantem & idem erit de aliis, in calefere igne ceteris ab igne & malleorum ictu, ac minore etiam vi confringi. Illud tamen verum esse, Adamantem, cum ipse alia corpora facile cavari à nullo, quantumvis duro, posse, neque expoliti, aut scalpi nisi aut suis ramentis, aut affricatu alterius. Hæc de Elementis.



DISPUTATIO III.

DE ALTERATIONE.

Visà naturâ primarum qualitatum, earumque subjectis, agendum erit de Alteratione que maxime fit ad qualitatem, habetque se ut dispositio ad ipsam Generationem.

QUAESTIO I.

Quid & quotuplex sit Alteratio? & quomodo à Generatione differat?

Alteratio multis accipitur modis; primo pro quacunque mutatione, quâ subjectum fit alterum: sive accidentaliter, sive essentialiter; Secundo pro mutatione, sive ad absolutum, sive ad respectivum; Tertio pro mutatione terminata ad qualitatem, sive sit intentionalis ista qualitas, veluti est species sensibilis & intelligibilis, sive spiritualis, ut intellectio, sive corporalis, ut albedo, quarto magis proprie pro mutatione, terminata ad qualitatem corporalem; tandem propriissime pro mutatione terminata ad qualitates contrarias ad Generationem, vel corruptionem substantiae disponentes: juxta has duas ultimas acceptiones Aristoteles 1. Gen. 23. definit Alterationem, quod fit, quando subjecto sensibili manente transmutatur in ejus passionibus, aut contrariis, aut mediis, ubi ly transmutatur rationem generis habet, & quamvis hæc definitio ab omnibus, quasi recipiatur, attamen claritatis gratiâ pono aliam & ad primam partem quaestionis.

DICO I. Alteratio bene describitur: quod sit mutatio successiva ad qualitatem sensibilem mediam, vel extremam, manente subjecto sensibili. Hæc, licet interminis non sic proponatur ab aliis, in re tamen futuram communem pato.

Probatur ex regulis generalibus cujuslibet bonæ descriptionis: Mutatio rationem generis habet, in qua convenit cum aliis mutationibus, etiam instantaneis & substantiabilibus; per ly successiva ab omnibus instantaneis differt. Dicitur ad qualitatem sensibilem, tum, ut rejiciatur accretio, cujus terminus est quantitas & alii motus, qui non versantur in qualitatibus, tum, ut excludantur mutationes continuæ, quibus interdum nonnullæ qualitates augentur, & tamen sub sensum non cadunt, ut sunt intentiones habituum intellectus & voluntatis, quando fiunt per continuam successione, additur mediam vel extremam, ut excludantur motus, quibus qualitates sensibiles contrarium non habentes, cujusmodi est illuminatio, quando corpus lucidum aliud corpus illuminat, & continua actione in eo lumen auget. Denique ponitur manente subjecto sensibili, per quod denotatur subjectum alterationis, quod est corpus naturale & non materia prima.

Dices: Alteratio definiti debet prout Generationi inseruit, dicit enim Aristoteles 7. Phyl. cap. 3. r. 16. quod Alteratio sit Generatio. *F. Amardi Hermann Physica.*

tionis comes, viaque ad illam, sed hæc definitio comprehendit multas Alterationes, quæ ad Generationem non deserviunt, ut patet de dealbatione, aliisque Alterationibus, quarum termini colores sunt; ergo non est bona. Respondeo primo, distinguendo majorem, Alteratio strictè sumpta, concedo: Alteratio strictè & largè sumpta disjunctivè, nego majorem, per quam distinctionem patet, quid dicendum sit ad minorem & consequentiam. Respondeo secundo, distinguendo minoris probationem per se & ex vi suorum terminorum dealbatio non deseruit ad Generationem, transeat; quatenus dealbationem & cæteras similes Alterationes comitatur mutatio circa primas qualitates Generationis opifices, ex quarum varia mixtione oritur colorum diversitas, nego minorem & consequentiam. Quoad secundam partem tituli.

DICO 2. Alteratio bene dividitur in extensivam & intensivam. Patet de se, unde explico solium terminos. Alteratio itaque intensiva, seu intensio, est acquisitio majoris perfectionis, seu plurium graduum ejusdem qualitatis in eadem subjecti parte; Extensiva, seu Extensio qualitativa est extensio ejusdem qualitatis in pluribus partibus subjecti; unde proprie intendi non est qualitatem, vel formam per plures partes subjecti extendi & ampliari; quia sic qualitas spiritualis intendi non posset, quod est contra Concilium Trident. Sess. 6. c. 9. & Luc. 17. *Adauge nobis fidem: Ad Philipp. 1. Ut Charitas vestra magis ac magis abundet, & Ecclesia canit: Da nobis Fidei, spei, ut Charitatis augmentum.* Unde qualitatem intendi est, idem subjectum, secundum eandem formam, magis ac magis perfici secundum easdem partes subjecti ipsius.

Dices: Non comprehenditur hic remissio qualitatum; ergo divisio non est bona. Respondeo, negando consequentiam, quia remissio per se non respicit minorem qualitatem tanquam terminum, sed tantum privationem intensiois qualitatis, Alteratio verò proprie qualitatem respicit, tanquam suum terminum per se.

Quantum ad tertium; Alteratio à Generatione multipliciter differt: primo ratione terminorum, à quibus provenit qualibet specificatio motus; nam Generatio est ad substantiam, Alteratio ad qualitatem. Secundo ex parte subjecti; nam Alteratio habet semper ens completum, Generatio incompletum. Tertio ex ratione durationis.

IV. Quid sit intensio & extensio.

V. Remissio non est species propria alterationis.

VI. Differentia inter generationem & alterationem.

0000 2 duratio.

durationis, quia forma substantialis, quae non suscipit magis & minus, nata est per se in instanti introduci, qualitas verò, quia est intensibilis, habetque contrarium, successivè acquiritur. Quartò denique ratione finis; quia Generatio est propter se, nec ad aliam mutationem ordinatur, alteratio verò ad Generationem ordinatur, estque propter aliud. Ex qua differentia oritur dubium, quod

VII.
Licet non esset generatio, posset esse alteratio.

Quærit: An, si impossibilis esset Generatio, foret etiam impossibilis Alteratio? Respondeo negativè: quia habent terminos realiter distinctos, quorum unus potest acquiri, non acquisito altero, adeoque licet una implicaret, non implicaret altera. Nec etiam videtur tanta esse inter materias has connexio, ut implicante mutatione ad substantiam, debeat implicare ad qualitatem, cum ad hanc mutatio prior sit, quam ad substantiam & omne prius possit esse sine posteriori. Nolo tamen per hoc asserere, quòd posita impossibilitate Generationis daretur motus ad qualitatem disponentem ad Generationem, sed tantum volo, quòd possit acquiri terminus primarius Alterationis, quantum est ex natura sua intrinseca, licet terminus Generationis esset impossibilis.

VIII.
Polypus non dicitur alterari.

Pontius ex Conimb. in 4. Cap. lib. 1. de Gen. art. 3. dubium proponit alterum, videlicet; an quando Polypus (piscis marinus tenuissimà pelle, pedibus multiplex) & Camaleon (bestia quadrupes aspera maculis albis, ut pardus, in collo equo, in pedibus bubalo, in capite Camelo similis) alterantur & colores assumunt ex corporibus, quibus adsunt similes, verè sint Alterationes? Respondeo negativè, tum, quia fiunt in instanti, tum, quia probabiliter fiunt tantum quoad colores apparentes, non veros, non enim videtur, quomodo tam citò produci possent; non enim à metu, vel ab imaginatione, quia nunquam videtur metus tam diu durare vel imaginatio, quam illi colores.

QUÆSTIO II.

An Alteratio fiat continuè, nec ne?

I.
Multiplex sententia circa hanc materiam.

Circa hanc quæstionem multiplex reperitur sententia: Capreolus enim, quem sequitur Arriaga &c. asserit, Alterationem nullo modo fieri successivè & in tempore, sed fieri interruptè & interpolatè cum morulis quibusdam interpositis, sive intensio fiat qualitatis, sive extensio: Ægidius hunc loquendi modum restringit asserens, Alterationem fieri continuè & successivè in intensione, non verò in extensione: alii quoad primam partem qualitatis hoc tantum contingere asserunt: ego verò ad quæstionem

II.
Alteratio est motus continuus.

Dico: Alteratio, tam quoad intensiorem, quam quoad extensionem continuè fit & successivè, non verò interpolatè, seu per morulas. Ita Scotus in 2. d. 2. q. 9. N. & O.

Probatur Conclusio primò: Autoritate Aristotelis 1. Phyl. t. 15. dicens: Omnem motum propriè dictum esse continuum, sed nullus motus est magis propriè dictus, quam Alterationis: ergò.

Adversarii aliam opponunt Auctoritatem Aristotelis 8. Phyl. 23. ubi ait: dicere Alterationem fieri continuè, est adversari valde manifestè. Verùtamen nihil contra nos concludit, cum ibi solum agebat contra Heraclium dicentem, rem, quamdiu est, continuè alterari, quare dicit, rem nonnunquam ab Alteratione quiescere, hinc tamen non negavit Alterationem, quando fit, fieri continuè, sed negavit omnia esse in motu continuo, ut voluit Heraclius.

Probatur Conclusio secundò Ratione: Quia quando agens naturale incipit agere in passum, vincendo resistentiam alterius contrarii, non potest assignari ratio, continuè non alteret illud subjectum, cum semper sit in debità approximatione ad passum, & subjectum sit aequè dispositum ad recipiendam formam ab ipso agente producibilem; ergò illam continuè, nullà interposità morà, vel quæte producet.

Capreolus dicit rationem esse: quia in illis morulis prius subjectum disponit, intendendo, verbi gratià, dum ignis calefacit, partem: ergò. Contra: hæc dispositio esset etiam qualitas: ergò vel daretur dispositio dispositionis, vel hæc qualitas in tempore produceretur. Deinde: multa calefiunt, quæ tamen non rati fiunt, ut adamas, lutum, aqua globi vitreo[rum] inclusa undique & obdurata, & radius solaribus exposita tepescit & tamen non rati fit; quia alioquin globus rumpi deberet & confringi: ergò raritas non est dispositio ad calorem.

Arriaga Rationem esse asserit ipsam naturam rei, quæ talis est, ut agens agere non possit, nisi quibusdam morulis interpositis. Contra: dantur multi effectus (licet non sint propriè Alterationes, ex quo Arriaga adhuc magis refellitur) qui continuè dependent in fieri à sua causa, ut est illuminatio & visio; unde si corpus lucidum non semper illuminatur, & continuè dum illuminare incipit, illuminatio destrueretur, quod tamen falsum esse patet; quia quò magis corpus lucidum corpori opaco accedit, eò magis ac magis lucem auget: ergò non quiesceret ab illuminatione: Similiter visio, si oculus continuè non videret tendendo in objectum continuè, visio destrueretur; Deinde: si illæ morule sunt imperceptibiles, quomodo Arriaga eas allegat, cum eas non probet ratio, nec experientia ob imperceptibilitatem? Item: si lapis esset talis natura, ut in suo descensu morulas exigeret, naturaliter in aère quiesceret. Denique ejus dictum est omnino voluntarium, cum DEUS sinat agere morulas secundas, & eas suos producere motus, nec ex parte agentis ratio est, ut

sic ab actione cesset, cum sit aequè approxi-
maturum passum, sicut antè; neque ex parte ef-
fectus, aliàs neque à Deo posset iste effectus
continuò fieri, cum ipse non possit immutare
rationes formales rerum.

VII. **Instat Arriaga Experimentis 1.**

Sonus ad certam partem in instanti producit
suas species sensibiles; nam à vicinioribus simul
videtur ictus, & auditur Sonus, in quo tamen
instanti non producit alias species in parte
remotiori, ubi notabiliter, postquam ictus vi-
sus est, percipitur Sonus: ergò species in illo
instanti non agunt, sed quiescunt. Secundo:
ponatur lapis gravis super asserem, hunc non
frangit statim, sed fortè post multos dies, vel
annos, sed tunc illa gravitatio, & impulsus im-
pressus asseri non potest fieri continuò, aliàs
evaderet infinitus, vel statim à principio fran-
geret: ergò quiescit aliquando. Ad primam
Respondeo negando, Sonum fieri in instanti,
sed in Tempore; causatur enim per motum,
qui est successivus, & consequenter non produ-
cit species in instanti, sed in Tempore; hinc
nec in parte remotiori in instanti producere
possunt, sed in Tempore, quâ ratione prior est
visio, quàm auditus; vel dic, ideò Sonum tar-
dius percipi, quàm ictum videri, quia species
Soni sunt materialiores, quàm visibiles. Ad
secundam dico, lapidem totum impetum à se
producibilem imprimere ligno, & sic totum
effectum, si quem producere potest, ab initio
prodeat, si resistentiam ligni superet, sin mi-
nus, nunquam causabit divisionem, verbi gra-
tiâ nisi lignum, vel ex humiditate, vel vetusta-
te, aut aliunde amitteret suam resistentiam,
prout experientia docet sæpè contingere.

QUÆSTIO III.

De Intensione qualitatis.

Plures hac de re invenio apud Autho-
res sententias; nam Platonici dicebant, inten-
sionem qualitatis fieri per minorem admixtio-
nem sui contrarii, & ab eodem majorem re-
cessionem, ut verbi gratiâ, calor ignis magis in-
tenditur, quia habet minus de frigore admix-
tum, & ab eo multum recessit. Durandus, &
Gosfredus aiebant, fieri per productionem per-
fectioris formæ, seu qualitatis, destructâ prius
qualitate minus perfectâ. Thomistæ plures
cum suo Doctore, intensionem dicunt fieri per
majorem radicationem qualitatis in subjecto,
quam radicationem variè inter se ipsos agitant;
aliqui enim illorum hanc radicationem expli-
cant fieri per communicationem perfectioris
existentiæ; alii majorem radicationem expli-
cant, quòd subjectum sit magis dispositum; alii
per hoc, quòd forma magis de potentia subjecti
educatur; alii, quòd forma magis uniatu-
r subjecto; alii aliter, ut ipsa eorum explicandi di-
versitas difficilem suam reddat sententiam.
Scotus verò cum suis I. d. 17. q. 3. quem Neo-
terici & Recentiores quasi omnes sequuntur,
affirmat, intensionem qualitatis fieri per addi-
tionem gradus ad gradum, cum quibus etiam
sentiam, interim primò refutando aliorum sen-
tentias

Dico I. Intensio qualitatis non fit per majo-
rem, vel minorem recessum à suo contrario. Ita Sco-
tus supra.

II.

Non fit per
recessum seu
per majorem
vel minorem
admixtio-
nem sui con-
trarii.

Probatur primò: Motus ad termi-
num alterationis intensionis est motus acquisi-
tivus, seu positivus: ergò ejus terminus ad quem
debet esse quid positivum, & non negativum;
sed subsumo; si terminaretur ad amissionem,
vel expulsionem sui contrarii, esset quid nega-
tivum: ergò patet major; quia intensio albe-
dinis est dealbatio, & non Sola nigredinis ab-
latio; item: Motus deorsum intenditur à velo-
citate, non per Solam depreditionem motus
fursum; similiter: motus fursum violentus in-
tenditur in fine non per admixtionem seu re-
cessionem à motu deorsum.

Probatur secundò: Tum, quia plu-
res qualitates intenduntur, quæ contrarium
non habent ut illuminatio, visio; tum, quia po-
test calor, vel frigus induci, & intendi in sub-
jecto non habente ullum contrarium, quia sic
esset magis dispositum, quàm si esset informa-
tum formâ oppositâ inducendâ & intendendâ
formâ, & tamen talis intensio non terminatur
ad expulsionem contrarii; ergò intensio non
fit ex majori, vel minori admixtione sui con-
trarii, vel per majorem, vel minorem recessio-
nem ab eo.

III.

Obijciunt
Aristoteles.

Platonici Aristotelicos verbo
Magistri sui convincere nituntur, dum citant
contra nos Phylosophum 3. Ethic. 4. ubi ait:
quæ contrariis sunt impermixtiora, sunt magis
talia, ut albius quidem nigro impermixtius. 5. Phyl.
19. magis aut minus ex eo, quia plus aut minus con-
trarii inest. 3. Coel. t. 37. remissio cujuscunque
fit propter impotentiam; ergò. Respondeo,
Aristotelem 3. Ethic. & 5. Phyl. solum pro-
bare, subjectum esse magis tale per recessum à
contrariis, non formaliter, quasi quòd per sim-
plicem recessionem dicatur tale, & quòd per
majorem recessum dicatur magis tale, sed so-
lùm concomitanter, quò enim magis recedit
aliquid à nigro, hoc fit per majorem acquisitio-
nem albedinis. Tertia Authoritas nihil nos
urget; nam ibi secundum intentum suum lo-
quitur Aristoteles de velocitate, vel tarditate
motus localis, qui fit ob impotentiam agentis;
Attamen

Explicatur
Aristoteles.

Urgent argumentum: Quòd aliquid est

IV.

Consecutivè
tamen sequi-
tur.

mixtius suo contrario, eò est minus tale, quò
enim aliquid est mixtius nigredine, eò est mi-
nus album formaliter; ergò quòd aliquid est im-
permixtius suo contrario, eò est formaliter tale.
Respondeo distinguendo antecedens; quòd ali-
quid est contrario mixtius, eò est minus tale,
quasi talis mixtio sit ratio formalis, ut dicatur
minus tale, nego Antecedens; quia talem mix-
tionem sequitur, ut minus habeat de forma
contraria, quâ dicatur minus tale, concedo
Anteced. & nego consequentiam.

Dico secundò: Intensio qualitatis non
fit per productionem novæ, & perfectioris entitatis,
destructâ à priori entitate qualitatis. Ita Scotus I.
d. 17. q. 3. qui eam probat tam ex habitu cha-
racteris supernaturalis, quàm ex aliis habitibus
naturalibus

V.

Non destruitur
prior
qualitas.

naturalibus; Quia potest Deus conferre gratiam elicienti actum meritorium in eodem instanti, quo operatur, & tunc daretur augmentum habitus gratiae, sed habitus praecedens debet tunc etiam necessarii esse, quia concurrunt ad eliciendum actum; ideo enim est meritorium, quia procedit a gratia; ergo ad intensiorem gratiam non corrumpitur praecedens. Idem dicitur de habitu Philosophico, qui ad actum concurrunt, quem actus intendit statim, ut cum potentia ab habitu producitur.

Probatur ex ratione habituum.

Probatur secundò: Quia quando ignis intendit calorem in aqua, non est ulla causa, a qua destruat praeiterit calor, ignis enim non est destructivus sui ipsius: ergo non destruitur. Deinde: eodem modo deberet dici, qualitatem similiter remitti, quod tamen videtur inconceptibile; quia dum aqua intensè calida remittitur, nulla causa assignabilis est, per quam intensus destruat calor, & eò destructò producat remissus, & recurrere ad causam universalem, planè est supervacaneum, imò fuga hæc, ut dicit Scotus citatus, est irrationalis l. d. 17. q. 3. SS.

VI. Obiectio Burlae.

Burlaeus arguit contra Conclusionem ex Aristotele 5. Phys. 26. ubi dicit: quòd termini motus sunt impossibiles, sed in intentione qualitatis terminus a quo est qualitas remissa, & terminus ad quem qualitas intensa: ergo si terminus a quo & terminus ad quem sunt impossibiles, qualitas praexistens debet destrui, ut introduci possit qualitas intensa. Sed Respondeo distinguendo majorem: Termini motus sunt impossibiles; termini per se, & formales, concedo; termini per accidens, & concomitantes, nego majorem; & distinguendo similiter minorem nego consequentiam. Itaque terminus a quo in Alterationis intentione est privatio illius gradus, & terminus ad quem est ipse gradus, ad quem est Alteratio, & intensio; qualitas verò remissa est terminus concomitans, ideo cum termino ad quem stare potest.

Terminus a quo & ad quem stare possunt simul qui se concomitantur habent.

Instat. Ubi in corpore deorsum existente est solum terminus a quo concomitans motus ipsius corporis ad ubi sursum, & privatio ipsius ubi sursum in ipso ubi deorsum fundata, est terminus a quo primarius, & tamen non potest amitti naturaliter terminus primarius, videlicet privatio sursum, per acquisitionem ipsius, nisi etiam deperdat ipse terminus concomitans, scilicet ubi deorsum: ergo idem in intentione dicendum, adeoque distinctio nulla. Respondeo distinguendo majorem; quatenus est terminus concomitans praecise, nego; sic enim in omni mutatione deberet terminus concomitans amitti, quod tamen falsum esse patet in majore vel minori illuminatione: Ex ratione, qua est in tali subiecto, in quo natura non potest principiari mutationem positivam sine deperditiva, concedo majorem; quando autem natura non potest principiari positivam sine deperditiva, tunc est, quando motus fit inter contraria, ut inter albedinem, & nigredinem; vel inter quasi contraria, quando scilicet nequeunt illi termini esse in eodem, ut sunt duo ubi, ac duæ albedines sunt composibili-

Solvuntur auctoritates Aristotelis.

les, quia sola qualitas suscipit magis & minus.

Urget argumentum. Vel in positione formae intensae necessario includitur negatio formae remissae, vel non? Si primum, ergo forma necessario debet amitti in acquisitione formae novae; si secundum, ergo subiectum haberet simul formam remissam, & intensam, adeoque esset simul summè tale, & simul remissè tale, quod implicat. Respondeo distinguendo Antecedens pro prima parte: In positione formae intensae includitur negatio formae remissae, secundum entitatem ipsius formae remissae, nego; ut *negatio formae* dicit negationem ulterioris gradus, quae negatio fundabatur in illo gradu formae remissae, concedo Antecedens, & nego factam inde sequelam; Forma itaque remissa duo dicit, verbi gratia, remissus calor dicit ipsam entitatem caloris, & dicit carentiam ulterioris gradus, quam formaliter importat remissio, calor remissus manet in intentione secundum entitatem, non verò secundum illam carentiam. Videatur Scotus citatus, qui hanc solutionem fusius prosequitur, & exemplificat de charitate minori, quam dicit non corrumpi in charitate majori, nisi quoad esse, quod habuit per se, cum posita habeat in alio, velut pars in toto. Sed propro ad sententiam Thomistarum resolvendum, contra quam

Dico tertio. Intensio qualitatis non fit per majorem, vel minorem radicationem in subiecto, quomodo cumque explicatur. Est Auctorium præ.

Probatur primo. universaliter.

Subiectum per motum Alterationis alter & aliter se habet, non solum in principio Alterationis, verum etiam per ipsam continuationem Alterationis: ergo sicut in principio non produxit parvam radicationem, sed veram qualitatem, ita verè etiam continuando non producat solam radicationem, sed aliquid aliud: ergo intensio non fit per majorem radicationem.

Probatur secundò: Quia non est explicabile, quid sit illa major radicatione, ratione cuius qualitas jam dicitur intensior, quam antea fuerit; ergo: Probatur antecedens; quia illa major radicatio vel esset acquisitio perfectioris essentiae, ut voluit Egidius, & Adalberto; vel esset major dispositio subiecti, ut dicit Cajetanus, & Palas, vel esset novus modus unionis perfectionis, aut eductionis, vel radicationis, aut aetuationis, prout alii loquuntur Thomistae, sed nullus ex dictis modis verè & bene intensiorem qualitatis explicat: ergo non consistit in majore radicatione; major est adversariorum: Probatur itaque minor; scilicet, quòd non consistat in acquisitione perfectioris existentiae. Tum, quia essentia non distinguitur ab existentia, & e contra, ut videbitur in Metaphysica: ergo invariata essentia qualitatis, invariata manere debet existentia. Tum, quia (admissa etiam distinctione) existentia emanat ab essentia; ergo quando haec adest manet, manebit & illa. Deinde: vel prout existit

Quomodo
gradus ve-
missus faciat
unum per se
sum intensio.

specie determinata: ergo. Respondeo ne-
gando sequelam, & licet ille gradus superaddi-
tus præexistenti non pertineat ad quidditatem
formæ, & quoad hoc possit dici illi accidere,
non dicitur tamen accidere quidditati, velut
albedo accidit corpori, utpote quia potest fa-
cere cum præexistente unum per se, & pariter
quilibet gradus, & differentia individualis
dicitur accidere naturæ, quatenus non perti-
net ad quidditatem ejusdem, aliter non con-
traheret naturam, non tamen dicitur accidere,
quasi quod simul cum illa natura non faciat per
se unum individuum illius naturæ.

Urgetur argumentum ex com-
muni axiomate Philosophorum: quando ex
duobus fit unum per se, unum debet habere ra-
tionem actus, alterum rationem potentia, sed
gradus adveniens non habet per se rationem
actus, & præexistens rationem potentia: ergo.
Probatur minor tum ex Scoto supra §. *Ad qua-*
estione igitur, quia una individualis differentia,
veluti sunt illi gradus respectu alterius diffe-
rentia, non habet rationem actuantis, nec de-
terminantis; tum, quia uterque æqualiter na-
turam participant, & quidditative includunt,
& quia homogenei sunt, non potest assignari
ratio, cur unus haberet rationem actus, alter
rationem potentia: ergo non poterunt facere
unum per se, & consequenter per accidens se
habebit adveniens, velut albedo ad corpus.
Fateor replicam bene proponi, verum tamen
cum Scoto cit: Respondeo distinguendo mi-
norem, gradus adveniens non habet se ut per se
actus, nec præexistens ut per se potentia, ut per
se actus informans vel contrahens, & alter ut
per se potentia informabilis receptiva seu sub-
jectiva, concedo minorem: per modum actus
& potentia, unum per se individuum consti-
tuendo, nego minorem: Itaque non habent se
per modum actus & potentia, prout requiri-
tur ad constituendum totum substantiale, sed
tantum per se extrinsecè terminabilis & termi-
nantis, & ideo prior sub hac ratione dicitur ha-
bere rationem potentia, quia prior existit &
terminabilis est, sicuti dualitas est extrinsecè
terminabilis à numero ternario.

Quomodo se
habent per
modum
actus & po-
tentia.

QUÆSTIO IV.

*An gradus, per quos intenditur qualitas,
sint homogenei?*

I.
Status qua-
estioni pro-
ponitur.

Sensus Quæstionis est, an partes in in-
tensione additæ, quas gradus appellamus, sint
dissimiles, & heterogeneæ (in differentia in-
dividuali sunt, utpote cum una separetur ab
alia, dissimiles & similes in natura specifica,
alioquin non esset intensio ejusdem speciei
qualitatis) in perfectione individuali, ita ut
sint gradus naturaliter subordinati, scilicet, ut
secundus necessariò præsupponat primum, &
sit perfectior illo, tertius præsupponat secun-
dum, &c. an verò sint omnes ejusdem, & æqua-
lis perfectionis, ita ut non magis primus gra-
dus differat ab octavo, quàm à quocunque alio,
etiam alio primo gradu in subjecto diverso.
Prima sententia fuit antiquorum apud Ocham

i. d. 17. q. 6. afferentium, unum gradum esse
perfectiorem alio, quem necessariò præsupponit
in subjecto, ita ut in intentione necessariò
procedatur à primo gradu ad secundum, &c.
quam sententiam plures recentiores refutaverunt.
Opposita est Scoti in i. d. 17. q. 4.
quem sequuntur Conimbricenses Ariaga, ac
plures alii, cum quibus etiam ad quæstionem

DICO Gradus in intensione acquisiti, sunt
omnes homogenei, seu ejusdem perfectionis. Ita Do-
ctor cit: Probatur: Quia si non essent omnes
gradus homogenei, sed heterogenei, & diverse
perfectionis, secundus gradus esset perfectior,
quàm primus, & contineret virtualiter, vel emi-
nenter perfectionem primi gradus, adeoque vel
primus destrui deberet, quia frustra conservaretur,
quod est supra refutatum; vel deberet
ipsum primum posse producere; quia alioquin
non colligeretur, unde esset perfectior. De-
inde: in actione reflexa verè qualitates intrin-
duntur, quando scilicet propter obstructionem
impeditur, ne possit ultra agere actione direc-
ta, sed si ageret actione directa, posteriores gra-
dus producti essent remissiores; ergo etiam
sunt remissiores, quando agit actione reflexa,
consequenter intensio qualitatis non fit per
additionem perfectioris gradus; ergo non sunt
diverse rationis, seu heterogenei. Denique
si calido ut octo applicaretur frigidum ut
unum, hoc frigidum agendo in calorem, in-
quint adversari, corrumpet octavum gradum
caloris, introducendo unum frigoris, sed hoc
est falsum, quia data hac sententia gradus octa-
vus multum excederet in perfectione primum
gradum, & si qualitas esset magis resistiva,
quàm activa, ut est siccitas, octavus gradus ita
resisteret, ut non posset à primo destrui; imò
si potest primus gradus corrumpere octavum
gradum perfectissimum, cur non poterit etiam
destruere reliquos, utpote imperfectiores? De-
nique probatur: tum, quia omnia individua
ejusdem speciei sunt æqualis perfectionis; tum,
quia alias qualitas intensa esset per accidens
compositum; tum tandem, quia si quintus gra-
dus, quem quis meretur, per habitum quatuor
graduum, esset perfectior, unico actu plus me-
reretur, quàm per illos quatuor fuerit meritus.

Pro sententia Contraria Argue-
tur primò à pari sic: Si due qualitates eju-
dem rationis possent se intendere, possent etiam
due quantitates, si Deus poneret eas in eodem
subjecto compenetratas, sed hoc est absurdum.
ergo. Verum nego ullam esse paritatem, nam
soli qualitati competit suscipere magis vel mi-
nus, non quantitati; quia hæc est radix exten-
sionis Localis, ita ut impenetrabilitas appa-
tionalis in ordine ad Locum sit ratio circum-
scribens essentiam quantitatis, quare si due
quantitates existerent in eodem subjecto, non
facerent quantitatem unam perfectiorem, quia
non sunt natæ ad invicem compenetrari, &
quælibet ab intrinsecò peteret extremitatem
partium, non sic est de qualitate, utpote que
est indifferens ad extensionem, vel intensio-
nem.

Instatur: Etiam partes extensiva qua-
litas, quæ extensiva petunt esse in diversis par-
tibus

ibus, extendi in loco, & una aliam excludere, & tamen si unirentur in simul adhuc intendent qualitatem: ergo nulla solutio. Attamen respondeo, negando consequentiam; nam qualitas ex propria sua natura est indifferens ad extensionem, vel intensionem, ad diffusibilitatem & congregationem, ideo quamvis partes extensivae sub ratione reduplicationis non possint esse intensivae, possunt tamen sub ratione specificationis & absolute, quantitati vero convenit ex natura diffusibilitatis, & extretas localis aptitudinalis, ideoque partes nunquam possunt ad invicem uniri, ut unam perfectiorem integrent quantitatem.

IV. Arguitur 2. Tum, quia qualitas intensa ut sex est perfectior, quam extensa ut sex; Tum, quia sequeretur contra nos, quod calidum ut duo possit intendere, calidum ut duo univoce agendo, quia calidum ut duo potest producere suum calorem in quocunque subiecto capaci, quale est quodcumque aliud calidum, tum denique, quia sequeretur, non dari terminum magnitudinis in intensione, quia si omnes gradus sunt ejusdem rationis, nihil impedit, quin posita quacunque determinatione adhuc semper alius & alius addi possit: ergo. Haec sunt magis principalia fundamenta contrariae sententiae, ita quod etiam quosdam moverit, ut concederent in qualitatibus operativis

fieri intensionem, per partes heterogeneas, licet sint homogeneae in non operativis ut albedine, nigredine. Sed respondeo ad primum, qualitatem intensam & extensam in entitate nullo modo esse perfectiorem, quamvis perfectior sit intensa, quoad modum, majorem videlicet unionem in eadem parte subiecti, sicut, prout exemplificat Arriaga, qui haberet decem hominum nummos propter possessionem unitam diceretur ditior illis decem hominibus, licet in entitate non plus habeat, quam illi decem. Ad secundum nego sequelam, neque enim calidum ut duo est subiectum capax recipiendi calorem ut duo intensivè, nisi ab agente potente producere illos gradus, qualiter non potest alterum calidum ut duo, licet possit aliquod intensius calidum, verbi gratia ut sex vel octo. Neque dicas, per duos priores gradus caloris subiectum esse magis dispositum, quam si nullum haberet gradum, nam non est dispositum ad hoc agens, licet sit ad aliud, in hoc enim, licet non sit resistentia contraria, est tamen disparata, in qua nullo modo potest agere, cum non haberet magis rationem passivi, quam agentis. Ad tertium respondeo negando sequelam, quia nulla causa est assignabilis, quae in infinitum sic intendere utpote cum omnes ad hoc sint limitatae & experientia constet, nullam agere, nisi in determinata intensione.

DISPUTATIO IV. DE MIXTIONE ET MIXTO.

Finis Elementorum & Alterationis praevia est, ut ex iis commistis alia ex iis generentur; hinc prius Elementis cognitis & Alteratione perspecta, mixtionem tam Elementorum, ex iis sit commixtio prima; quam aliorum compositorum, ex his oritur commixtio secunda, elucidabo; sit igitur

QUAESTIO I. Quid sit Mixtio?

Dari Mixtionem nemo ambigit, verum quod notandum est Sermonem hic esse de Mixtione propria, non verò impropria, ea videlicet, quae fit per conjunctionem plurium corporum diversae rationis, absque destructione naturae specificae, qualis est commixtio hordei cum tritico. Aut quae fit, quando qualitates contrariae ad certam temperiem reducuntur, sicut calida aqua commixta frigida reducitur ad tepiditatem. Itaque Mixtionem proprie dictam definit Aristoteles, quod sit *Miscibilium alteratorum unio*. In qua definitione significat mixtabilia, ut substantialiter conjungantur, alterari debere ad excludendam conjunctionem plurium, quae substantialis quidem est, non tamen oritur ex vi alterationis mixtibilium, qualis est conjunctio, verbi gratia duarum aquarum, cum autem nulla sit conjunctio substantialis mixtibilium sine generatione speciali alicujus formae in particulis mixtibilium &c. idem est dicere mixtionem esse miscibilium alteratorum unionem, ac esse productionem tertiae substantiae ex pluribus alteratis resultantis, easque in se continentis; unde Aristoteles accipit unionem in definitione. *F. Amandi Hermann Physica.*

ne non pro modo substantiali, qui est actualis nexus & vinculum extremorum unibilium, sed pro actione terminata ad unionem formae mixti cum materia Elementari. Et quamvis haec definitio bona sit, putarem tamen quod clarius sic definiiri possit: *Mixtio est generatio mixti ex mixtibilibus alteratis illa in se continentis*. Particula *generatio* habet locum generis, reliquae particulae locum differentiae, quae distinguitur mixtio à productione simplici, aut substantiae simplicis, ut Elementorum, aut mixtae. Non enim quaelibet productio substantiae mixtae postulantis temperamentum ex quatuor primis qualitatibus est mixtio; potest enim hujusmodi substantia produci per creationem, aut generationem simplicem sine mixtione, imò aliqua sunt mixta, quae immediatè produci non possunt per mixtionem substantialem, ut homo & equus &c. quorum tamen substantiae mixtae dicuntur, quia postulant quatuor primas qualitates temperatas. Est igitur mixtio solum productio tertiae substantiae resultantis ex commixtione plurium, illasque continens.

Dices: In his definitionibus committi circulum, & definitum explicari per aequè ignotum; explicatur enim mixtio per mixtabilia, quae non nisi per mixtionem explicari possunt, & mi-

II. Propria definitio.

III. Mixtio non explicatur per aequè ignota.

Pppp & mi-

& mixtibile æquè est ignotum ac mixtio. Omnis aliis Responſionibus respondeo: sicut mixtio ſumitur minùs propriè pro confuſione locali particularum diverſorum corporum, & propriè pro generatione ſubſtantiali, quæ poſtea ſequitur in particulis jam confuſis; ita mixtibile ſumi poſſe vel pro diviſibili in particulis, quæ miſceri poſſunt ſecundùm locum, cum particulis alterius corporis, quod mixtile eſt relativum mixtionis impropriè; vel pro mixtibili ſubſtantialiter, quod eſt relativum mixtionis ſubſtantialis. In definitione autèm mixtionis ſubſtantialis ponitur mixtile non primo, ſed ſecundo modo, ac proinde ſine vitio circuli. Eſt mixtio ſubſtantialis, productio tertiæ ſubſtantię in particulis rerum mixtibilium ſecundùm locum. Non definit etiam Ariſtoteles ignotum per æquè ignotum, quia priùs quid ſit mixtile docuit. Tum verò per id, tanquam per aliquid jam manifeſtius, mixtum definiit. Hæc pro titulo quæſtionis ſufficiant; Claritatis tamen gratiã

IV. Quæres primò: Utrùm forma mixti introduci poſſit in materiam unius Elementi tantùm? Reſpondeo, poſſe: Ita Scotus & Greg. in 2. diſt. 15. q. 1. quos ſequuntur Conimbricenſes lib. 1. c. 10. hęc q. 2. a. 2. Et ratio eſt, quia fieri poſteſt, ut actione diverſorum Elementorum diſymbolorum in unius tantùm materiam introducantur debite diſpoſitiones formæ alicujus mixti, antequam alterum tantùm patiarur, ut ejus forma cedere cogatur: ergò.

Dices: Ariſtoteles lib. 2. hęc t. 49. dicit: Omnia mixta corpora eſſe compoſita ex omnibus ſimplicibus; ergò. Reſpondeo, Ariſtotelem ibi ſolum voluiſſe, in quovis mixto neceſſariò debere reperiri omnes quatuor qualitates primas Elementorum; unde ipſe 2. de part. an. c. 1. ait: mixtum conſici ex Elementis, vel potiùs ex virtutibus Elementorum.

V. Quæres ſecundò: Utrùm omnia Elementa, ſecundùm ſubſtantiam, concurrere poſſint ad generationem Mixti, ita ut forma Mixti in materiam omnium inducatur? Reſpondeo, poſſe. Quia per actionem mutuam poſſunt omnia eã proportione diſponi, ut ſe mutuò privent diſpoſitionibus neceſſariis ad retinendum formam Elementi & ex qualitatibus, iſtis conaturalium, reſractione exiſtat diſpoſitio debita ad formam Mixti, eo autèm caſu, in materiam illorum, ne maneat ſine omni forma, introducetur forma Mixti. Addendum tamen, vix fieri naturaliter, ut omnia quatuor Elementa ſimul congenerentur in ea proportione, quã mutuã actione poſſint ſe, ſecundùm ſuas qualitates, reſringere, ita ut proveniat debita diſpoſitio Mixti, præſertim naturalibus eorum virtutibus motivis in diverſa tendentibus.

VI. Quæres tertio: Utrùm ex liquoribus permixtionum reſultare poſſit tertia ſubſtantia? Videtur quòd non. Quia ad veram mixtionem requiritur mutatio & productio novæ formæ ſubſtantialis, hæc autèm non fit per confuſionem liquorum. Patet, quia, ut teſtis eſt Plinius lib. 16. nat. hiſt. cap. 37. & ante ipſum Cato de re ruſtica cap. 151. Si vinum aquã miſtum mittatur in vas hederaceum, tranſluit vi-

num & ſola manet aqua, non enim continet vinum vas hederaceum. Et confirmatur ex eo, quòd ſcribit B. Nemeſius lib. de natura hominis, ſpongeam oleo imbutam, ex vino aquã miſto puram aquam attrahere; ergò ſignum eſt, aquam vino miſtam adhuc retinere propriam formam, ac proinde per confuſionem illorum liquorum non provenire tertium aliquid mixtum.

Reſpondeo, liquores illos, qui inter ſe commiſcentur poſſe eſſe, aut ejuſdem ſpeciei, aut diverſe. Si ſint ejuſdem ſpeciei: Dicendum, ex mixtione illorum non generari tertium mixtum; ſi verò ſint diverſe ſpeciei, poſſe provenire tertium mixtum ab utroque, ſecundùm ſubſtantiam diſtinctum.

Primum patet: Quia nulla res corrumpit alteram ſuæ ſpeciei, ut in illa ſpecie aliam producat, cum omne agens tendat ad producendum ſibi ſimile, neq; etiam corrumpit illam, ut in eadem ſpecie producat aliud individuum, non tamen intendit agens individualem ſimilitudinẽ, quam conſequi nõ poſteſt, ſed ſpecificam, quæ jam præſupponebatur. Nec refert, quòd aliquando hujusmodi liquores diſſimiles ſunt in accidentibus, ut vinum album & rubrum; hanc enim permixtionem non ſequitur mutatio ſubſtantialis, ſed ſolum accidentalis, quemamodùm ipſa diverſitas hujusmodi liquorum non eſt in ſubſtantia, ſed in accidentibus: unde & communis Theologorum ſententia eſt, quòd ſpecies vini conſecrati in venerabili Sacramento miſcentur vino non conſecrato; quamvis illa miſtio vera nõ fit, quia miſtio nõ ſolum dicit mutationem localem, ſed etiam diviſionem, interpoſitionem & alterationem partium, quæ non ſunt in corpore Chriſti, quòd eſt ſub ſpeciebus conſecratis, ſub eis manere ſanguinem Chriſti; quam Conimbric. loco cit. a. 3. decreto Innocentii tertii confirmat.

Secundum patet primò: Quia per commiſtionem liquorum diverſe ſpeciei tanta poſſe teſt fieri alteratio illorum per mutuam qualitatem, quæ ſunt in iſtis, reſractionem, ut temperamentum & diſpoſitiones illarum corrumpantur & conſequenter formæ ſubſtantiales, ac proinde vel unus in alium, vel ambo in tertium aliquid mixtum tranſeant: ergò.

Deinde idem confirmatur ex Ariſtotele, qui t. 86. dicit: aquam in vinum, ſi debita proportione illi miſceatur, perfectè commutari. Præterea: quia in ſacrificio Miſſæ aqua, quæ ante conſecrationem calicis vino infundi ſolet, ante conſecrationem actione vini convertitur in vinum, ut docent Theologi communiter, vel lib. vel in 4. diſt. 11. unde & modiciſſimam eam eſſe oportet, ut expreſſe dicitur in Concilio Florent. nempe ut ſit in debita proportione ad actionem vini, à qua ſuperari & converti debet; Verumtamen licet etiam hic vinum non converteret aquam, ut probabile mihi ex ratione videtur, ſufficit prima ratio, unde

Ad rationem dubitandi reſpondeo: Si vinum per vas hederaceum remanente aquã tranſfluat, id debere fieri poſt confuſionem quidem localem vini cum aqua, ante tamẽ alterationem, ſufficientem ad miſtionem ſubſtantialem; ad hanc enim aliqua mora temporis requiritur, quòd etiam modo intelligendum eſt, quòd dicitur, per

Forma Mixti in materiam unius Elementi induci poſteſt.

Poſteſt etiam forma Mixti in materiam omnium induci.

Videtur quòd ex confuſione liquorum non reſultet tertia ſubſtantia.

per artificium posse vinum ab aqua permixta separari. Vel, ut notat D. Thomas in 4. Dist. 1. expositione Litteræ, id, quod è vino eximitur, non est aqua, sed liquor vini aque similis, nondum exquisitè decoctus, quem etiam ex puro vino dicit effici posse; si enim vel vinum in aquam, vel aqua in vinum mutuâ qualitatum aëtionem, permixtionem substantialem transeant, cum jam non amplius perseveret substantia, vel aquæ vel vini, separari utique ab invicem non poterunt. Atque secundùm hæc respondendum est ad illud de spongia oleo imbuta.

QUÆSTIO II.

Utrum forma Elementorum, & miscibilium maneat in mixto formaliter, vel solum virtualiter?

letus, Bannes, Suarez, Vallesius. Pro qua sententia

Notandum primò Ex Scoto 2. d. IV.

15. q. un. supra B. mixtum ex Elementis generari, posse dupliciter intelligi, vel, ut ly Ex denotet habitudinem causæ materialis, vel, ut notat habitudinem termini a quo, cum quo terminus ad quem habet incompossibilitatem. Mixtum generatur ex Elementis non ut ly Ex denotat habitudinem causæ materialis, prout ignis generatur ex materia aëris, tanquam ex subiecto generationis, tunc enim mixta corrumpentur in Elementa, tanquam in subiectum corruptionis, quod est manifestè falsum, quod patet ad sensum; quando enim mixtum generatur ex quatuor Elementis, non statim videntur ibi esse quatuor Elementa & si videntur, de novo generantur.

Quomodo ex Elementis fiant mixta.

Notandum secundo: Ex Scoto supra G. quòd, quando mixtum fit ex Elementis, in ipso mixto non remanet forma substantialis ipsius Elementi, sed totaliter desinit esse, cum fiat ex ipsis, ut ex termino a quo, non ex subiecto, neque consequenter possunt remanere eadem qualitates; quia corrupta formâ corrumpuntur etiam qualitates propriæ, atque adeò in mixto nec secundùm esse substantiale, nec secundùm esse accidentale manere, sed solum secundùm quandam convenientiam & similitudinem, & sicut ex diversa Elementorum concurrentium mixtione aliquando fit mixtum, quod magis convenit cum forma substantiali in uno Elemento, quàm cum alio Elemento, ut quando ex mixtione Elementorum fit forma lapidis, quæ magis convenit cum forma substantiali terræ; hinc qualitas hujus mixti dicitur magis similis qualitati illius Elementi, nempe gravitati, quæ est principium motûs deorsum & terra, propter talem qualitatem, suæ qualitati magis similem, dicitur prædominari in mixto, nempe in lapide & ita dicendum de cæteris.

V. Quomodo maneat qualitas.

His præmissis Quæstionis status est, VI.

num Elementa maneat formaliter in mixto, hoc est, secundùm suam entitatem substantialem, ita ut quodlibet ex his sit in quolibet mixto, verbi gratiâ in ligno ignis, aër, aqua & terra, vel utrum virtualiter, secundùm virtutes suas, quatenus scilicet qualitates primæ, per quas Elementa agunt, & alia corpora ad generationem & corruptionem disponunt, reperiantur in quolibet? Primum dicit Albertus magnus, Avicenna, Averroës, quos sequitur Cammerarius; secundum tradit Doctor 2. d. 15. q. un. post Philosophum D. Thomas & communis Peripateticorum, cum quibus

VI. Quæstionis status proprius.

Dico I. Elementa non continentur formaliter in mixtis, bene tamen virtualiter. VII.

Probatur primò: Quæ repugnant inter se, repugnant in tertio; sed ignis & aqua formaliter, secundùm suas formas, repugnant inter se; ergo & in tertio, & consequenter in mixto simul contineri non poterunt.

VII. Resolvitur Quæstio.

Probatur secundo: Si Elementa formaliter manerent in mixtis, aut omnia quatuor manerent formaliter in qualibet parte, aut unum in una parte, & alterum in

Pppp 2 alia

I. Petrus dicitur

II. Dicitur in

III. Dicitur in

alia, neutrum dici potest; ergo. Probatur minor, non quodlibet in qualibet parte; tum, quia forma ignis & aquæ naturaliter (sicut etiam quæcunque alia substantiales non subordinatæ) non sunt incompatibiles in eodem subjecto; tum etiam, quia deberent esse simul penetratæ, quod falsum est: nec etiam manet unum in una parte & alterum in altera, tum, quia quælibet pars mixti est mixta; ergo debet quælibet pars continere Elementa aliquo modo, alioquin non essent mixta; tum, quia ex hoc sequitur, nullum mixtum esse homogœneum, quia haberet partes diversæ rationis, si unum esset in una parte & alterum in altera.

Probatur tertio: Forma Elementi, secundum suum esse essentiale, dum unitur materiæ, eidem tribuit esse substantiale suppositale completum, non amplius ad aliam formam substantialem recipiendam ordinabile: ergo non potest forma Elementi formaliter manere in & cum forma mixti, quia ex eentibus per se & in actu, non fit unum per se, sed unum per accidens. Probatur Antecedens: quia si talis forma Elementi esset per se naturaliter ad aliam formam recipiendam ordinabilis, & ab illa informabilis, ipsa posita, ex ordine naturæ, necessarii deberet perfici à forma mixti, nam posita ultimâ dispositione ad aliquam formam, secundum naturalem cursum, necessarii ponitur ipsa forma, & ita non posset Elementum manere in suo esse separatum, sed deberet necessarii constituere mixtum. Confirmatur: Si ignis maneret formaliter in mixto, deberet habere pabulum, vel deberet citò desinere & si pabulum haberet, augmentaret se, & prævalendo in aliud Elementum, & ipsum, & mixtum destrueret. Denique non videtur, si ignis formaliter maneret in mixto, verbi gratiâ pisce, quomodo rotus Oceanus eum non extingueret.

VIII.

Probatur quod tantum virtualiter continentur

Probatur secunda pars, tum ex Philosofo 1. Gen. 84. & 86. ubi aperte asserit, Elementa potentialiter, & secundum virtutes manere in mixto; quod & repetit. 2. de part. ani. 1. & 3. Cœl. 31. quem gratis Adversarii pro se contorquent: tum ex Scoto supra 2. ubi dicit: *Formam Elementorum esse inferiorem, & potentialiorem quàm sit forma mixti, quare Elementa manent in mixto, velut imperfecta & inferiora manent in superioribus, in quibus non manent, nisi virtualiter; dico ergo, quod Elementa non manent in mixto, secundum substantiam, nec oportet dicere quod manent secundum qualitates suas, sicut nec qualitates extremorum manent in medio; manent ergo in mixto, sicut si diceretur, quod sensitiva & vegetativa manent in intellectiva: tum denique, si aliquo modo continentur, quod ab omnibus supponitur; ergo virtualiter, cum non formaliter, cum alius modus continendi non sit.*

IX.

Obiectio ex auctoritate Philosophi facta à Cammerario.

Cammerarius ad impugnandam Conclusionem de Auctoritatibus Aristotelis cammeram complet & implet, nam dicit Aristoteles 1. Gen. t. 84. quod si Elementa totaliter corrumpentur, non esset mixtio, sed generatio: 3. Phys. t. 88. negat, guttam vini cum decem millibus aquæ misceri, quia corrumpitur:

& t. 50. *Hæc enim neg. corrupta esse necessarium est mixta.* 2. de Gen. tex. 48. ait, quod quando in congressu duorum Elementorum unum est absolute actu, alterum vero potestate, non est mixtio, sed generatio: ergo ad mixtionem non debet concurrere corruptio Elementi, adeoque in mixto manent formaliter. His Auctoritatibus Scotus 2. d. 15. cit. F. unica responsione satisfacit, dicens, non per hoc mixtio distinguitur à generatione, quasi quod in mixtionibus quæ miscentur, non debeant corrumpi, quia omnis mixtio est quædam generatio, & per consequens corruptio alterius, sed per hoc solum distinguitur, quod in generatione, quæ est mixtio, genitum debeat continere illa, ex quibus fit, non actualiter, sed in potentia; hinc ait Aristoteles, guttam vini non misceri cum decem millibus aquæ, sed corrumpi; quia aqua non continet potestate vinum; omnis itaque generatio est mixtio, non vero omnis mixtio generatio est. Et quando Aristoteles 3. Cœl. dicit, Elementa non habere propriam figuram, quia si haberent, conservarent in mixto, non valet inde inferre; ergo actu & formaliter in mixto manent Elementa; nam Aristoteles ibi arguatur contra Platonem & Democritum, posentes Elementa formaliter in mixto; vel asserentes, habere proprias figuras inseparabiles, idcirco concludit Aristoteles ad hominem, non ad mentem suam.

Secundo congregat congeriem experientiarum & in primis dicit, mixta resolvitur in Elementa; unumquodque autem resolvitur in ea, ex quibus constat: ergo. Probatur Antecedens: in combustione ligni accenditur flamma, quæ est ignis; segregantur cineres, quæ sunt terra; exhalat fumus, qui est vapor aëris; & effluit humor aqueus ex ligni extremitatibus: idem conspicitur in solutione cadavens; in floribus per distillatorium; in calce per infusorem aquæ; in urina, ubi manifeste terra infusendo apparet; in silice & chalybe: ergo ignis formaliter ibi continetur. Respondeo, verum esse, illa formaliter contineri in aliquo, in quæ potest resolvitur, si resolutio fiat per solam unionis ablationem, non vero, si resolvatur tanquam in aliquid de novo productum ex ipso, per ipsius destructionem; mixtum non enim aliter resolvitur in Elementum, nisi quatenus Elementum introducit suam formam substantialem in materiam mixti illud corrumpendo. Itaque in ligni combustionem flamma antea non erat, sed de novo advenit ab agente extrinseco, cuius virtute plures ligni partes in flammam convertuntur. Nec cineres terra sunt, nec fumus aër, sed mixta, nam diversorum mixtorum cineres, & fumus diversas habent virtutes, quod magis patet in humoribus corporis humani; nemo enim dicit, flavam bilem esse ignem, sanguinem, aërem; pituitam, aquam; & atram bilem, terram. Ita distillatorio ex floribus educit illud esse ignis est, nec aër, sed mixtum, humos ille neque aqua, alioquin ad Baptismum valeleret, vel si aqua aliqua extrahitur, fiat permixta in poris; in urina non est terra, sed quid mixtum (alioquin vel quilibet deberet

deberet laborare arenâ, vel in qualibet urina reperi (genitum) in renibus, vel aliis partibus animalium. In calce verò ex aduisione, continentur aliquæ particule ignis, quas tamen non habebat ante aduisionem. De collisione silicis & chalybis dico, ignem illum generari à Cœlo inueniente aërem rarefactum per affricum, & ad formam ignis dispositum. Deinde si ignis formaliter in mixto continetur, ex cuiuslibet collisione generari deberet, quod tamen nequaquam videmus contingere.

Tertio Arguatur rationibus in contrâ.

Et in primis; sequeretur, Elementum unum non plus contineri in mixto, quàm in alio Elemento; neque futura magis composita mixta, quàm Elementa, imò Cœlum ipsum dici posse mixtum, cum virtualiter Elementa contineat; Deinde: non esset ratio, quare Elementa præsupponerentur mixtis, sed materia prima posset indifferenter omnes accipere formas, quod tamen non accidit, sed mixtum semper Elementum præsupponit. Denique secundum Scotum supra, sic Elementa sunt in mixto sicut vegetativa & sensitiva in rationali, sed gradus vegetandi & sentiendi, sunt formaliter materia, alioquin non diceretur homo formaliter sentire & vegetari: ergò. Respondeo negando sequelam primam; quia unum Elementum non habet convenientiam in omnibus qualitatibus, sicut habent mixta, ratione cuius plura Elementa contineri dicuntur in mixto. Ad secundam dico, veram esse, si consideretur compositio substantialis, si verò considerentur dispositiones tam in generatione, quàm conseruatione mixti requisitæ, falsam; nam forma Elementi duas tantum qualitates dispositivas, & conseruativas requirit, mixtum verò omnes quatuor, & plures secundas. Ad tertiam Respondeo, Cœlum non continere Elementa formaliter in genere causæ formalis, bene tamen in genere causæ efficientis, seu effectivæ. Ad ultimum dico paritatem illam non valere in omnibus, alioquin sicut anima rationalis est principium sentiendi quo formale, ita forma mixti esset principium formale quo mixtum sit, ignis, aër, terra, aqua. Valet ergò de continentia quasi formali, secundum gradum perfectionis, de qua infra. Itaque

Dico 2. Qualitates Elementorum virtualiter solum continentur in qualitatibus mixtorum. Ita Scotus supra G. ubi hæc habet: Cum dicitur, quod qualitates Elementi non sunt sine Elemento, dico, quod in mixtis sunt qualitates similes qualitatibus Elementi, non eadem, Scotum sequitur Lichetus, & Ruvius contra Maltrium, quem miratur Rubeus mentem attingisse Scoti, non Doctrinam tam clarâ. Probo itaque ex Scoto jam citato. Et 4. d. 12. q. 2. B. ubi probat, qualitatem perfectiorem esse quantitate, hæc ratione: Secundum ordinem substantiarum attenditur ordo qualitatum, substantiis enim nobilioribus correspondent qualitates nobiliores, non autem sic correspondet ordo quantitatum; non enim semper nobilior substantia majori est in quantitate; ergò si ratio Scoti valet, cum mixti substantia sic essentialiter perfectior (sicut totum est perfectius parte, & continens contento) quàm forma Elementi,

pariter ejus qualitas debet esse perfectior: ergò non sunt ejusdem rationis, alioquin sicut una quantitas comperit omnibus corporibus, ita eadem qualitas specie posset illis comperere, & ita ordo qualitatum non attenderetur penes ordinem substantiarum, quod est immediate contra Scotum.

Prosolutione plurium argumentorum, quæ tam contra hanc, quàm contra præteritam Conclusionem afferri possunt, Nota; duplicem esse continentiam, virtualem unam, in genere causæ efficientis, quâ una forma alteram contineri dicitur, quia potest illam producere, & hoc modo mixta non continent virtualiter Elementa; alia est formalis, quæ iterum duplex est, prima, quâ una forma (cum sit perfectior) materiam perfectiori gradu perficit, quàm forma imperfectior & inferior, & si der gradum, & perfectionem, quam dat forma inferior, perfectiori tamen, & eminentiori modo. Secunda, quâ forma continens potest dare, & continere operationes, & effectus formales alterius formæ, qualiter anima continet vegetativam, & sensitivam: in proposito forma mixti Elementa virtualiter continet priori modo, non posteriori.

XIV.
Multiplex
continentia
virtualis.

QUÆSTIO III.

De Temperamento Mixtorum.

Temperamentum esse qualitatem

communis est Philosophorum & Medicorum sententia, quod exinde patet, quia ex qualitatum temperatione disponitur & præparatur materia ad formam mixti. Non est tamen qualitas simplex (sic voluit Avicenna) quinta distincta à primis, sed aggregatio primarum qualitatum ad certam temperiem redacta, quæ propterea *simplicia* dicitur, id est primarum qualitatum proportio; & ratio est, quia mixtorum temperamentum in ipsis est, ut producat, & conseruetur substantia mixti, ad hunc finem autem sufficit primarum qualitatum temperies; ergò.

I.
Temperamentum non est qualitas simplex.

Temperamentum autem hujusmodi, ut docent Medici in universon duplex est; nempe Uniforme, quod temperatissimum dicitur, & est illud, in quo omnes quatuor qualitates æquâ proportionem graduum, & quasi puncto coeunt, sive; quod velut æquo pondere libratur. Unde etiam à Medicis, ut videre est apud Ferrelium, temperamentum ad pondus appellari solet, & exquisitè etiam temperatum. Et Difforme, quod etiam intemperatum dicitur, in quo qualitates est inæqualitas quædam, sive in quo qualitates ab æquilibrio in diversam latitudinem, & exuperantiam recedunt, quod etiam à Medicis, quia disparibus qualitatum portionibus concretum existit, temperamentum ad justitiam dici consuevit, cum enim non unum sit hujusmodi temperamentum, quemadmodum uniforme, sed varium, quâdam quasi lege justitiæ, proportionem geometricâ unicuique rei, pro ratione & conditione naturæ ipsius & formæ, à natura tribuitur, sicut in Republica honores.

II.
Temperamentum est duplex.

III.
Rus exami-
nanda sint.

His præmissis sequentes difficultates sunt examinandæ. Primò, an detur temperamentum ad pondus? Secundò, quodnam temperamentum sit excellentius? Tertio, quodnam sit accommodatius ad excellentiam ingenii? Et quartò, quod sit singularum partium corporis humani per omnes ætates? Ad quæ singula utpote curiosa, breviter sequentibus

IV.

In mixto inanimato potest dari temperamentum ad pondus non verò in mixto.

Dico primò: In mixto inanimato, & homogeneo, sicut & in aliqua parte mixti animati, non repugnat dari temperamentum ad pondus: In mixto autem animato toto, saltem in statu conaturali, secundum omnes partes, naturaliter non potest dari. Ita ferè Toletus lib. 2. hic q. 11. Conimbricen. ibidem c. 8. q. 2. a. 3. Ferrelus 3. Physicorum c. 4. & alii apud Conimb. a. 2.

Prima pars patet: Quia qualitates contrariæ pari gradu possunt esse in eodem subiecto, & esse dispositio necessaria alicujus formæ Mixti ut patet ex d. in præced. q. ergò. Quæ verò objici solent contra hanc rationem, ex eisdem dictis solvantur.

Secunda pars patet: Quia mixtum animatum constat partibus heterogeneis, partium autem heterogenearum non est idem temperamentum. Deinde: quia functiones partium animalis consistere non possunt cum tali temperamento, cor enim calidissimum esse debet, alioqui non confisteret vita, tum sanguis, post hanc caro simplex, & hanc sequitur jecur, hoc lien, lienem renes, & his succedit cutis temperata; Contrà verò cerebrum debet esse frigidum, ossa sicca & nervi, pupilla humida, quod si hæc ad æquale pondus reducerentur, operationes eorum utique perirent.

Dixi autem in statu conaturali; quia fortè in via corruptionis & statu præternaturali aliquo instanti, vel ad breve tempus, non repugnat vivens, maxime si non sit animal, in omnibus partibus habere temperamentum ad pondus, vel etiam miraculosè

V.
Temperamentum humanum omnia excellit.

Dico secundò: Temperamentum humani corporis præstat cæteris omnibus. Ita Pejerius lib. 4. in Gen. disp. 3. quæ est de formatione & præstantia humani corporis q. 1. Conimbr. lib. 2. hic c. 8. q. 3. a. 2. Ratio, quæ probari solet, est, quia materia ejusque affectiones sunt propter formam: ergò cum anima rationalis, & naturæ, & operationum præstantiâ superet omnes formas Physicas, corpus, quod est domicilium illius, consentaneum fuit, temperamentum fortiri præstantissimum, ut sic esset proportionatum ad idoneum Instrumentum, per quod operationes suas, dum in illo moratur, perageret.

VI.

Dices. Si homo haberet perfectius temperamentum, quàm cætera animantia, perfectius etiam, ejusdem beneficio, obiret functiones animales, quàm cætera animantia. At non obit perfectius, à multis enim brutis sensum præstantiâ superatur, visu ab Aquila & lynce; auditu à vulpe, apro, anseri, & talpa; odoratu à cane, & vulture; Gustu à gallina & simia; tactu ab araneis, & serpentibus, & ut vult Scal. exerc. 247. à limacibus, & ostreis.

Deinde: quia quibusdam brutis inest major pulchritudo, quàm homini, ut pavoni, phœnici; at pulchritudo sequitur excellentiam temperamentis: ergò.

Ad primum Respondent Conimbricenses: Quòd homo in quibusdam animalibus functionibus superetur à brutis quibusdam, non arguere, in his præstantius esse temperamentum in illis, quàm in his, sed præstantiam judicandam esse ex iis functionibus, quæ ad tactum, quæ circa temperamentum immediatè versatur, & ad gustum, qui tactus quidam est, & ad potentias vitales sensusque internos pertinent, his autem præstare hominem brutis, licet quoad gustum, & tactum in specie quædam videantur excellere hominem. De quæ in lib. de anima.

Deinde Respondetur, sensum aliquem præstantiorem esse in uno, quàm in alio, æstimari posse, ut docet Aristoteles; Gener. ani. c. 1. duobus modis, nempe primò ex perceptione rei sensibilis, quæ ratione factus, qui est in hoc animali, præstantior potest esse eo, qui ejusdem rationis est in illo; aut, quia rem sensibilem celerius, aut quia longinquius percipit; Aut, quia minora & temora sensibilia comprehendit; Aut, quia sensibile vehementius nullâ sui offensione, aut difficultate capit. Deinde ex adjudicatione rerum sensibilium, earumque differentiis omnibus exploratè & distinctè, cognoscendis atque discernendis, qui modus est longè præstantior. Bruta autem quædam, licet sensibus præstent homini priori modo, non tamen secundo. Ut in libris de anima dicam, nempe accidentaliter quidem nos excedere quædam, non tamen ad intrinsicè & essentialiter.

Ad secundum negatur primò, pulchritudinem ex solo temperamento oriri; un-
veniuntur enim qui cum egregia qualitate temperie deformes sunt, sed oritur pulchritudo partim à temperamenti bonitate, unde fere suavitas colorum existit, partim à virtute formatricis & austerice, unde concinna & absoluta membrorum perfectio nascitur. Negatur deinde, bruta quædam simpliciter pulchriora esse homine, licet enim colorum varietate ornate & jucunda sint, & in hac excedant hominem, non tamen proportionem, & congruentiam membrorum ad sua munia obeunda, & figuram, quæ etiam requiruntur ad pulchritudinem. Den-
nitur enim pulchritudo, ut in solis animantibus visitur: Aptæ membrorum corporis compositio & figura, cum coloris quadam suavitate; quæ compositio tria includit, nempe debitum numerum membrorum, eorundem in propria secte, situque collocationem, & congruam magnitudinem. Ut verò in communi in corporibus viventibus & non viventibus reperitur, definitur solet: Aptæ corporum, seu partium ejusdem corporis inter se compositio & ordo. Quæ ratione mundum pulchrum, arbor em pulchram dicimus.

Plura habent Conimbricenses, ubi etiam explicant, cur figura recta humani corpori conveniat, & tributa sit. Causa enim efficiens, ut docet Aristoteles 2. de part. c. 7. & lib.

& lib. 4. c. 10. Est abundantia caloris, maxime ejus, qui residet in femine, cujus virtute corpus humanum membratim figuratur & formatur, & cujus ope virtus motiva corpus in sublime effert; unde senes deficiente calore incurvescunt. Materialis est valde mollis & delicata temperies ejus materia, ex qua formatur corpus humanum. Finis est sensuum exteriorum commoditas, qui homini dati sunt, non solum ad utilia querenda, & noxia declinanda, ut brutis, sed etiam ad comparandam rerum, maxime Cœlestium, scientiam, quarum contemplatione provehitur homo ad cognitionem Authoris nature; ad hoc autem conveniebat, ut sensus, maxime visus & auditus, essent in Loco excelso, & ad Cœlum erecto. Secundo, ob commoditatem sensuum interiorum, qui proxime intellectui subserviunt, hi enim, si depressum fuisset caput hominis, nimis crassif, hebetes & tardi fuissent. Tertio, ob usum & commoditates innumerabiles manuum, quibus caret homo si prono esset corpore, uti enim manibus ad ingrediendum, more brutorum, debuisset. Quarto, ad formandum sermonem: Si enim brutorum more, curvo fuisset corpore, ore cibum, ut illa, apprehendere debuisset; unde os habuisset nimis oblongum, deductum & apertum, linguam nimis duram, crassaque labia, ac proinde non habuisset debitam constitutionem ad humanam vocem formandam. Denique, ut intelligeret homo, se non ad hæc caduca, sed Cœlestia, esse procreatum.

obtunderet potius mentis aciem, quam acueret; ergo. Respondeo, duplex esse genus melancholicorum, ut colligitur ex Aristotele Loco cit. Et Gal. 2. de temperamentis. Unum est eorum in quibus abundat bilis atra, sed sicca frigida, fœculenta, qui ferè sunt colore luridi, frigidi, malè concoquentes, & tales Melancholici stupidi, obtusi, formidolosi, solitaria habentur, & nonnunquam in alienationem mentis incidunt, ut testatur Hippoc. 6. Epidemiorum. Et Gal. lib. 3. de Locis affectis c. 6. Alterum genus Melancholicorum est, in quibus abundans atra bilis calore fovetur, & attenuatur clario sanguine & colore purpureo nitens, & hi plerumque abundant flava bili, cujus calore, frigus nimium excedens, ab atra depellitur, & hi ferè magno & excellenti ingenio sunt præditi, de quibus loquitur Aristoteles illo Loco, nimirum atra bilis, prout variè attemperatur, sic afficit variè, quod in aliis etiam rebus cernere licet.

Adde, homines multi Studii, ætatis decursu, multam bilem atram congregare, vel potius calidum & sicum temperamentum in Melancholicum permutare. Dum enim multo studio, & attentione animi, Spiritus animales hac illucque agitant, ac vehementer distrahunt, cerebrum sensim exsiccat, & calore, cujus pabulum est humor, destituitur. Unde fit, ut sanguis ipse atrior, sicciorque evadat, & in atram bilem convertatur. Et de hac adventitia Melancholia sunt, qui locutum fuisse eo loco Aristotelem existimant.

XII.
Explicatur
aliter Aris-
toteles.

Demum in hoc dubio observandum, cum intellectus in apprehendendo, componendo, discurrendo, judicando à phantasia dependat, præstantia dependeat, de quo lib. de anima; bonitas autem à phantasia sensiferio, à quo inest ad ingenii præstantiam, perspicaciamque conferre, vel eidem obesse, quæcumque corpus qualitatibus benè, aut malè afficiendi, vim habent. Talia verò sunt natalitia sydera, & horoscopi, licet enim Cœlum immediate influere in animum hominis nequaquam possit, indirectè tamen potest, hoc vel illo modo efficiendo corpus, secundum dicta de Cœlo.

XIII.
Que adhuc
observanda
pro bonitate
ingenii dis-
cernenda.

Deinde progenitores, unde illud Poëta: Fortes creantur fortibus & bonis; præterea regionum, locorumque situs, sola enim affectio, compositioque diverso modo corpora immutant. Unde Cyrus Rex Persarum, referente Plutarcho in Apophteg. & Herod. in Calliope, Persas cupientes pro regione sua montana & aspera, planam & mollem occupare prohibuit, asserens, ut plantarum semina, sic hominum vitas esse.

Insuper ad ingeniorum præstantiam perspicaciamque, vel contra nocumentum aliquod, adferre potest ratio victus, ut notant inter alios Galen. lib. de cibis boni, & mali succi. Et Plinius lib. nat. hist. c. 37. hoc est, tum ipsius cibi, potusque conditio & natura, tum in eorum usu frugalitas, & intemperantia.

Quidam enim cibi ut olera, fabæ, lac, caseus, carnes salitæ, aliaque flatum gignentia ingenio, memoriæque officiant. Et univer-

XIV.
Qui cibi nos
creant ingenio.

XI.
Quædam
obstant
pro ingenio.

Sanguinei verò, lile aptissimi sint ad functiones potentiarum vegetivarum obundos, quia calidi & humidi; non tamen æquè ad sensuum interiorum functiones. Qui solum sunt cholericus, velociter quidem apprehendunt, & promptè intelligunt, quia tamen sunt inquieti minus constantes, & laborum impatientes, & citò quilibet occasione animum ad alia vertunt, minus premunt res, & minus solide judicant. Phlegmatici, humidi & frigidi multa, ob nativi calidi imbecillitatem, habent excrementa, quibus Spiritus obturbantur; unde sunt tardi, rudes, somnolenti, stolidi, &c.

Dices: Succus melancholicus est pars sanguinis terrea, & densa, ex crassiori chymi parte, quæ proinde frigiditate sua & crassitie

XI.
Quædam
obstant
pro ingenio.

sim omnis intemperantia ac nimia fatietas ingenio obest, nihil tamen magis, quam obcenæ voluptates, cujus ratio est; quia iis homo nimis applicatur ad materialia & sensibilia, unde necesse est, debilitari ejus operationem circa intelligibilia. Adde, quod impuræ voluptates cerebro, in quo sunt interni sensus, plurimum nocent, ut docet Galenus, ejusdem Hippocrat. Adde, quod eadem etiam oculis nocent ut testis est Aristoteles 2. Gen. an. c. 2. quorum tamen usus ad ingenii munera necessarius est quàm maximè, unde & Sen: in præfat. lib. 7. declamat: nihil tam mortiferum est ingenio, quàm luxuria

XV.
Explicatur
temperamen-
tum singula-
rum parte-
rum.

De diversitate temperamenti in singulis partibus corporis humani, dicendum, quoad calorem, cor primas habere, cæterasque partes excedere; Tum, quia fons est nativi caloris; tum, quia id tactu constat, dissecto enim animante, & digitis in cordis ventriculos missis, ferventior ille Locus deprehenditur, quàm cujusvis alterius partis. Secundum Locum obtinent Spiritus, quibus tamen Ferrelius c. 6. primas tribuit, minus tamen rectè, cum Spiritus à corde calorem mutuatur. Tertium sanguis & flava bilis. Quartum simplex caro. Deinde hepar, tum lien, tum renes, tum cutis temperata, ab hac in frigiditatem propendit adeps, deinde cerebrum, etsi hoc confluentibus eò Spiritibus non parum caleat, cerebro frigidior est spinæ medulla, hæc frigidiores nervi molles. Deinde sequuntur duriores, motibus accommodati, ab his est vena, deinceps arteria, post hanc membrana, quibus omnibus frigidiores sunt tendones, his vincula, tum cartilaginee, ab his ossa, ab his pili, & ultimò pituita, omnium quæ in corpore sunt frigidissima.

Quoad siccitatem verò pilis omnium est siccissimus, hunc suo quoque ordine deinceps consequuntur, os, cartilago, vinculum, tendo, membrana, arteria, vena, nervus motui destinatus, ab his cutis succedit temperata, hinc in humidum jam abit nervus sensationi destinatus, hoc humidius est cor; Deinde renes, hepar, lien, caro simplex, his succedit pulmo,

post hunc est spinæ medulla, deinde cerebrum, osium medulla, inde adeps, tum sanguis, de-
mum pituita omnium quæ in nobis sunt ut frigidissima, sic humidissima.

Quantum ad temperamentum singu-
larum ætatum attinet, primò easD. Augustinus pluribus in Locis, & lib. 83. qq. q. 58. in sex dividit dicens; Sunt enim ætates sex, etiam in uno homine, Infantia, Pueritia, Adolescentia, Juventus Gravitatis (virilitas) & Senectus. Infantiam ait lib. 16. Civit. cap. ult. appellatam hinc esse, quia fieri non potest, & lib. de vera Religione cap. 26. sic singulas describit: Prima hujus ætatis infantia, in nutrimento corporis alitur, penitus obiviscenda crescenti. Eam pueritia sequitur, unde incipimus aliquid meminisse. Hinc succedit Adolescentia, cui jam propagationem proliæ natura promittit, & Patrem facit. Porro Adolescentiam juvenis accipit, jam exercenda muneribus publicis, & honoranda sub legibus; in qua vehementior prohibitio peccatorum, & pena peccantium serviliter coercens, carnalibus animis atrociores imperii libidinis signa, & omnia commissa congeminat. Post labores ætatis Juventutis seniori pax nonnulla conceditur. Inde, que ad mortem deterior ætas atque decolor, & moris subdior debiliusque perducit. Hæc est vita senectutis. Ex quibus colligo, Infantiam humidissimam esse, & durare usque ad annum tertium vel quartum, quia hæc penitus nobis est ignorata. Remittit humor in pueritia usque ad annum decimum, horum etenim plurimorum recordamur ex eo, quod temperamentum siccius fuit. Hinc ad decimum octavam annum incipit credere ex calore pubertatis, & usque ad 25. Adolescentia durat. Juventus usque ad trigentesimum quintum, in hac temperamentum est humidum & pariter siccum, quod agilitas, ventus, ferocia, &c. demonstrant. Post hæc est virilitas, quæ à S. Augustino, Gravitatis dicta est, quia est constans, & matura, & durat usque ad 45. vel quinquagesimum, tunc incipit frigidescere, & calor remitti durante siccitate. Senectus tandem frigidissima est & siccissima, estque alia decrepita, & alia ultimum senectutis, quàm mors consequitur. Hæc est vita brevis, septuaginta anni, si autem in potentatibus ætate, & amplius nihil, nisi labor, & dolor.

DISPUTATIO V.

DE GENERATIONE ET CORRUPTIONE.

Postquam ea, quæ generationem præcurrere solent velut dispositiones, & conditiones ad generationem necessariò requisitæ, expediti, hic agendum erit de ipsa generatione substantiali, cui etiam annexam, quæ de corruptione, alioquin particulari solent proponi disputatione, utpote cum etiam de ea communes utrique occurrant quæstiones, & hæc ad alterius cognitionem plurimum conducant. Sit itaque

QUÆSTIO I.

Quid sit Generatio, & Corruptio?

I. Nolo hic disputare, licet alii id faciant, contra Anaxagoram, Democritum, & alios antiquiores Phylsophos, an detur generatio substantialis? Nam quotidiana experientia id

I.
Datur generatio sub-
stantialis.

sufficenter convincit, quæ videmus in his sub-
lunaribus quotidie fieri plures mutationes, quæ non sunt tantum accidentales, seu secun-
dum accidentia: ergo datur vera Generatio
substantialis, si fiunt secundum substantiam;
nam per generationem nihil intelligimus
aliud, quàm productionem rei ex aliquo, pro-
ut opponitur creationi, quæ est factio rei ex
nihilò.

nihil, & si cui experientia hæc non sufficit im-
presentiarum ad probandam generationem,
assumat argumenta, quæ adduci solent, quod
detur vera forma substantialis. Itaque, ante-
quam ad resolutionem progrediar,

omnes sub hac ratione important respectum
intrinsecum advenientem causæ efficientis ad
effectum productum: Et distinguitur à gene-
ratione sub ratione mutationis, conversione &
unionione, quia mutatio respicit terminum *a quo*
& *ad quem*, & importat transitum subiecti com-
munis ab uno in alium, præscindendo omnino
à causa efficiente & effectu producto: similiter
conversio respicit solum rem desinentem, ut
terminum *a quo*, & succedentem ex desitionis
illius vi, ut terminum *ad quem*, non autem agens;
unde lignum dicimus converti in ignem, a quam
in aerem præscindendo ab agente: Unio de-
nique, seu actio unitiva, solum partes unit &
nullam substantiam formaliter producit, cujus
proprius terminus est unio. Additur *termini*,
seu *compositi substantialis*, per quod tum ab acci-
dentali, tum ab educatione distinguitur, quæ
licet sit productio substantialis, non attingit
tamen compositum, sed solum formam substan-
tialem, unde Totum est primus terminus *ad*
quem generationis & non altera pars; imò si
utraque pars præexistat & de novo uniantur,
erit adhuc generatio, vel productio ipsius
compositi.

II. Notandum ex Scoto 1. d. 2. q. 7. K.

& d. 5. q. 2. E. Generationem & Corruptio-
nem dupliciter considerari, videlicet in ratione
productionis, & in ratione mutationis, quæ
rationes sunt omnino diversæ & separabiles,
cum inveniri possit generatio in ratione pro-
ductionis, non tamen in ratione mutationis, &
hoc non solum in Divinis, in quibus constat da-
ri generationem in ratione productionis, non
tamen mutationis, utpote includentis imperfe-
ctionem, adeoque omnino nec nominanda in
Divinis; sed etiam in creatis; si enim agens
aliquod naturale vel supernaturale, produceret
simul cum materia formam, ita quod in illa ma-
teria, privatio, non tempore, sed solum natura
præcesserit, tunc ibi esset vera productio, non
tamen mutatio, quia ad hanc requiritur, ut pri-
vatio verè positivè præcedat formam, conse-
quenter tempore, ne simul sint tempore forma
& privatio.

III. Nec valet dici, quod licet generatio in

Divinis non sit mutatio, omnem tamen creatam
à subiecto dependentem esse essentialiter & in-
trinsecè mutationem; Quia si forma simul cum
materia produceretur, ut dixi, non esset ibi mu-
tatio, cum ejus terminus *a quo*, videlicet priva-
tio, nunquam præcesserit. Nec officit dicere,
sufficere, excludi ejus terminum per actionem
agentis prævenientis ipsam privationem, ne in
materia tempore præcedat formam: Quia mu-
tatio realis sicut non est ad terminum *ad quem*,
qui debeat inesse subiecto, sed ad terminum, qui
actualiter inest, ita non est à termino *a quo*, qui
debebit inesse vel in fuisse, si non fuisset impe-
ditus, sed est verè à termino, qui verè inest, cum
mutatio non magis respiciat terminum *ad quem*,
quàm terminum *a quo*; mutari enim est nunc
aliter se habere, quàm antea se habuit. Deinde:
si per impossibile, dum agens naturale ex ma-
teria educit, vel producit formam, illam produ-
ceret extra materiam, adhuc esset ibi vera pro-
ductio ex subiecto, non tamen mutatio; quia
non reciperetur in ipso subiecto. Denique: si
ad mutationem propriè dictam, quæ ex Philo-
sopho 6. Phys. est, quod res nunc aliter se ha-
beat, quàm priùs, sufficeret prioritas nature,
posset dici, quod subiectum semper mutetur,
quia semper aliter se habet per formam etiam
sibi coævam, quàm se haberet sine ea. Itaque
supposito & notato, quod generatio benè ac-
cipiatur & separabiliter, tum in ratione muta-
tionis, tum in ratione productionis, secundum
utramque acceptionem definienda erit & im-
primis prout est productio.

IV. Dico I. Quod sit actio productiva termini,

seu compositi substantialis à subiecto. Ita Maltrius.

Probatur & explicatur, dicitur Actio
productiva, per quod convenit cum productio-
ne accidentali & etiam ipsa creatione, nam
F. Amandæ Hermann Physica.

Dices: Est eadem omnino actionem,

unionem formæ cum materia, cum ejusdem
formæ productione: ergo gratis multiplican-
tur. Verum respondeo, negando Antecedens;
nam Scotus 2. d. 1. q. 5. disertè has actiones
ab invicem distinguit; quia sunt ad alios, &
alios terminos ex natura rei diversos; sed actio-
nes specificantur & distinguuntur per termi-
nos: ergo. Fateor tamen, eas esse ad invicem
subordinatas, ut educitiva & unitiva ad produ-
ctivam compositi, ex eo tamen inferri non po-
test, quin in entitate distinguantur, quia simpli-
citer & absolute separari possunt ab invicem;
potest enim produci forma, saltè ab agente
supernaturali, sine unione ad materiam, potest
etiam produci unio non producta de novo for-
mâ, puta si præexistat, ut contingit de anima
rationali, quo casu producitur compositum
absque productione formæ, nequit autem se-
parari productio compositi à productione
unionis, ob essentialem dependentiam compo-
siti à partibus unitis; quare ad summum infer-
ri posset, illas actiones esse unam & eandem
unitate connexionis & ordinis, non formaliter
& entitative.

V.
Quomodo
unio, edu-
ctio & pro-
ductio distin-
guantur?

Denique in definitione ponitur depen-

dentem à subiecto, per quod distinguitur à crea-
tione, in qua independentem à subiecto tota
res extrahitur ex nihilo; unde hæc actiones
distinguuntur ex parte subiecti, quod una
præsupponit, altera non; imò Scotus eas 4.
d. 11. q. 4. distinguit etiam ex parte termini
a quo; Generationis enim est negatio in genere,
creationis extra genus.

VI.
Creatio &
productio
quomodo dis-
tinguantur.

Generationis, prout mutatio est,

plures ex Aristotele solent afferri defi-
nitiones, nam 2. Phys. 4. dicit; quod Gene-
ratio sit via in naturam. Et 7. Phys. Est mu-
tatio ex non subiecto in subiectum. Et 8. Phys.
26. est, ait: Mutatio ex non ente ad ens;
Q 999 iterum

VII.
Multiplices
definitiones
Aristotelis
generationis.

iterum I. Gen. I. 23. Est mutatio totum in totum, nullo sensibili remanente, ut subiecto eodem, denique textu 25, describit eam, quod sit mutatio à substantiali in potentia ad substantiam in actu, quarum duæ ultimæ ab Authoribus communiter recipiuntur; quarta in quantum Generatio rationem habet conversionis, quæ sit inter terminos positivos, & quinta in quantum est mutatio, quæ econtrà est, à privatione, tanquam à termino à quo, ad formam tanquam terminum ad quem, hinc in generatione ignis ex ligno benè dicitur lignum converti in ignem, non verò potest dici privationem converti in formam, potest tamen dici, subiectum mutari à privatione ad formam. Prima verò generationem non in ratione mutationis, sed productionis explicat, secunda verò & tertia non distinguunt sufficienter generationem à motu alterativo; quia etiam alteratio est à non subiecto in subiectum, & à non ente ad ens, id est à termino negativo in positivo; dicimus enim aliquem de non albo fieri album, nisi velis dicere, non debere intelligi per ly non subiectum & id non ens terminum negativum, sed quatenus generatio non dicit subiectum sensibile; unde Aristoteles in quarta ait: Nullo sensibili remanente ut subiecto eodem, quare licet in corruptione totius viventis, ubi est pluralitas formarum, remaneat idem subiectum sensibile post corruptionem, ultimæ formæ substantialis, non remanet tamen, ut subiectum idem, quia primò erat subiectum formæ ultimæ & sub ratione partis, separatà verò ultimà formà remanet subiectum denominationis totius; tunc enim est totum, non pars, veluti erat sub anima, quare dixit Aristoteles notanter ut subiecto eodem. Verum tamen licet & ego eas agnoscam, tanquam bonas ultimas duas, claritatis gratià pono aliam, &

Quarta & quinta communis recipiuntur.

Prima actionem potius explicat.

VIII.

Datur alia facilis definitio.

Dico 2. Generatio est mutatio à privatione formæ substantialis ad ipsam formam in materia prima, cum qua facit unum per se corpus substantiale. Patet sufficienter ex dictis, ita ut alia non indigeat explicatione.

IX.

Definitio communis corruptionis rejicitur.

Progredior ad explicandam secundam partem, videlicet corruptionem, cujus, quia oppositorum eadem est ratio, natura eodem modo investigari debet, sicut generationis. Communiter itaque in ratione actionis, ut vocari potest actio, describitur, quod sit destructio compositi substantialis manente subiecto; in ratione mutationis: ab esse formæ transitus, seu: mutatio ad non esse formæ in ipsa materia; quæ definitio quamvis bona sit, conveniatque omni corruptioni, quæ nunc datur, non convenit tamen omni dabili; nam si destruat materia manente formà, esset vera corruptio, quia nec esset annihilatio, nec transsubstantiatio, suppono enim, quod nihil aliud loco subiecti ponatur, & tamen non maneret subiectum, poterit ergo melius definirì, prout

X.

Statuitur alia.

Dico 3. Corruptio est mutatio totum substantialis in non totum substantiale manente aliquà parte substantiali ipsius. Patet ex terminis & ex dictis: Dicitur enim mutatio, in qua convenit cum generatione & annihilatione, dicitur com-

positi substantiali, in quo differt à destructione accidentium, dicitur in qua manet aliqua pars substantiali, in quo distinguitur ab annihilatione, in qua nulla pars remanet. Ex hac definitione dividere poteris corruptionem in eam, in qua manet pars materialis & in eam, in qua manet pars substantialis formalis.

QUÆSTIO II.

An Generatio & Corruptio distinguantur tam in ratione mutationis, quam in ratione actionis?

Dixi in præterita quæstione corruptionis naturam investigandam esse, sicut generationis, adeoque corruptionem considerari posse vel in ratione actionis, vel in ratione mutationis; hæc itaque quæritur, an inter generationem & corruptionem intercedant duæ mutationes, & an agens naturale eadem actione, quæ formam novam inducit, expellat antiquam, vel potius faciat alià distinctà omnino actione? Ad primum

Dico I. Generatio in ratione mutationis est realiter distincta à corruptione, importatque mutationes duas realiter distinctas. Ita Scotus in I. d. 27. q. 3. §. contra istam.

Probatur: Quia ibi sunt diversæ mutationes, ubi sunt diversi termini, sed hæc habet diversos terminos, ad quos transeunt, & à quibus transeunt, quia terminus à quo generatio est non esse formæ substantialis, ad quem est eadem ejusdem formæ: terminus verò à quo corruptio est non esse ejusdem formæ substantialis, terminus ad quem est non esse ejusdem formæ; ergo sunt diversæ mutationes, quas inde colligimus, quia videmus diversos terminos à primo & ad quos; una vocatur positiva, altera negativa.

Probatur secundò: Sunt ab invicem separabiles saltem in ordine ad agens supernaturale: ergo sunt distinctæ; probatur Antecedens, quia potest Deus inducere novam formam, non expellendo antiquam, tunc est generatio & mutatio, quia materia, in qua inducitur talis forma, verè mutatur non tamen est corruptio, quia antiqua non expellitur. Deinde si corrumperet formam præexistentem, nullam de novo introducendo, materia verè diceretur mutari, & ab uno esse ad aliud transire, & tunc aliter se haberet, quam prius & hæc non nisi mutatione, quæ est corruptio, non quæ est generatio; nam ibi nulla est generatio: ergo sunt separabiles & realiter distinctæ.

Arguitur in contrà ex Aristotele

I. Genes. t. 13. ubi habetur, quod corruptio predicatur in recto de Generatione, dicit enim: Generatio unius, est corruptio alterius, sed quæ predicantur de se invicem in recto, sunt realiter eadem, quia ideo econtrà non potest predicari in recto albedo de dulcedine in lacte, quia non sunt realiter eadem, et si se invicem concomitentur: ergo Respondeo, negando majorem; quia illa præ-

prædicatio non est vera sic absolute, Generatio est corruptio, sed solum in obliquo, quia scilicet defacto ad Generationem unius, alterius corruptio sequitur, quod tamen semper fieri non est necesse; nam, ut ait B. Guericus S. Bernardi discipulus Serm. I. in Nativit. B. V. Multas nempe Creaturas invenies nasci sine corruptione gignentium.

Instatur, ratione: Quæ habent eandem definitionem, verè de se invicem prædicari possunt, sed Generatio & Corruptio habent eandem; utraque enim, secundum Aristotelem supra est mutatio totius in totum, nullo sensibili remanente subiecto eodem: ergò. Verum respondeo distinguendo minorem; habent eandem definitionem genericam, concedo, utraque enim imbit mutationis rationem in communi: habent eandem definitionem secundum rationem specificam, nego. Itaque pro secunda parte resolvenda

V. Adverte: Quòd, licet in Deo rem non conservare, formaliter sit destruere illam, adeoque actionem generativam, quæ est etiam conservativa, non distingui à corruptiva, quia creatura ab eo tam in fieri, quam conservari essentialiter dependet, in creatura tamen non ita esse, quia dantur multi effectus, qui à creatura formaliter non conservantur & dum non conservantur, non propter hoc ab ipsa formaliter destruuntur, sed debet in illos influxu destructivo influere; unde clarè deducitur, actionem destructivam in creatura esse realiter distinctam à conservativa, neque idem esse, creaturam non conservare & destruere. Quare etiam

VI. Dico 2. Corruptio in ratione actionis est omnino distincta à Generatione in ratione actionis. Ita Faber Theom. 29. contra Mastrium, Pontium &c. Est Scoti 2. d. 2. q. 1. ex quo etiam

Probatur primò: Nam in 4. d. 16. q. 2. §. respondeo, dicit, infusionem gratiæ & remissionem culpæ esse diversas actiones, sed potest infusio gratiæ & remissio culpæ separari, ut in statu innocentie & in Angelis, in quibus non fuit remissio culpæ & fuit infusio gratiæ.

Probatur secundò: Si Deus poneret duas formas in eodem subiecto, quod potest, tunc agens naturale ageret, non tamen corrumpere; similiter, si materia esset nuda, introducendo formam, generaret, non corrumpendo: ergò istæ actiones sunt separabiles. Confirmatur: Si per impossibile daretur creatura à Deo independens in conservari, tunc in Deo non esset eadem actio corruptiva & non conservativa: ergò, formalissimè loquendo, sunt distinctæ actiones. Confirmatur secundò: Actio destructiva datur in creatura in ordine ad aliquam rem, respectu cuius non habet actionem conservativam; ergò non conservare non est idem, ac destruere, cum antea non habebat conservativam circa talem rem, habebat tamen actionem destructivam.

VII. Opponit Mastrius: Actio fundatur, ut in fundamento proximo, in influxu agentis; sed influxus semper est ad aliquid idem: *F. Amandi Hermann Physica.*

est enim agere ac producere aliquid: ergò formalissimè loquendo non datur actio negativa, cum nihil poneret, sed tantum negaret & habeat tamen ponere. Respondeo distinguendo majorem: Actio fundatur in influxu agentis, qui fit semper ad terminum productum, seu positum, nego majorem, qui fit ad terminum positum vel negatum, seu destructum, concedo majorem; & hoc sufficit ad actionem. Quòd autem Mastrius dixit, idem esse agere ac producere, falsum est, loquendo de actione proprie dicta; sunt enim relationes omnino distinctæ, nam actio proprie dicta est relatio extrinsecus adveniens, productio verò intrinsecus adveniens, actio respicit passum transmutatum, productio terminum productum, unde si produceretur forma ut sic, esset productio, non actio, si induceretur postea in subiecto, esset tunc actio & passio; in Divinis datur productio, non actio; & Mastrius ipse disp. 5. de Gen. q. 1. a. 2. n. 18. fatetur, actionem, productionem, inductionem, educationem & transmutationem esse relationes realiter distinctas.

Instatur: Actio, secundum Scotum 4. d. 13. q. 1. duo dicit, unum pro materiali, alterum pro formali, pro formali est respectus fundatus in ipso agente transmutante ad ipsum passum transmutatum, pro materiali verò est ipsa forma, vel terminus inductus vel educus, per quem, vel secundum quem passum in ratione transmutati respicit ipsum agens transmutans; sed nunquam resultat in agente relatio actionis formaliter importata per ipsam actionem, nisi positio termino in subiecto; ergò cum per corruptionem nihil ponatur in passu, imò tollatur aliquid per talem actionem, non poterit in agente resultare verus respectus actionis, seu vera actio pro formali sumpta. Respondeo distinguendo minorem: per actionem corruptivam nihil ponitur in passu, nihil positivum; concedo; nihil negativum, nego: ponitur enim in ipso passu vera & realis transmutatio negativa, quæ mediante ipsum subiectum verè, & realiter transmutatur, & respicit ipsum transmutans in ratione mutati negativè.

Impugnatur distinctio: Dicere VIII. per actionem negativam ponere in subiecto vel passu nihil negativum est ponere negationem negationis, id est, nihil & negativum, & est idem affirmare & negare, dum enim dicitur, per actionem ponitur aliquid in passu, illud affirmatur & dum dicitur negativum, idem negatur; ergò idem affirmatur & negatur. Respondeo negando Antecedens, quod videlicet, dum dicitur per actionem corruptivam, nihil negativum ponere, sit ponere negationem negationis, nam aliter ly nihil negat, aliter ly negativum, nihil negat simpliciter quodcumque ens, negativum verò solum negat ens, cuius est negativum, non verò ens in communi, quod includit, sic enim dicitur positivum, pro quanto scilicet includit veram entis rationem contra distinctam ab ente rationis, quapropter negatio à Scoto in 1. d. 23. E. vocatur negativa entitas ex materia rei.

~*~*~

Q999 2

QUÆ-

QUÆSTIO III.

De subiecto & termino Generationis & Corruptionis.

I. In hac quæstione quæritur de subiecto & termino Generationis & Corruptionis, tam in ratione mutationis, quam in ratione productionis, tam de termino formali, qui etiam quo & incompletus dicitur, quam totali, seu principali, vel primario & completo, qui etiam qui dicitur, nam in creaturis generans duplicem habet habitudinem realem ad duos terminos, ambos verè dependentes à generante, unam scilicet ad compositum, quod primò generatur, & alteram ad formam, per quam ipse terminus totalis in esse producitur, velut per partem magis principalem. Hoc natato

II. Dico I. Loquendo de Generatione, in ratione mutationis, subiectum ejus est vel materia prima, vel vices gerens materia; terminus verò ad quem est forma. Ita Scotus in 1. d. 2. q. 7. K.

Probatur primò, ex Autoritate Aristotelis 1. Gen. t. 24. ubi ait: Est autem & materia maximè quidem & propriè subiectum Generationis & corruptionis susceptibile. Si ergò est Generationis susceptibilis, erit subiectum tam denominationis, quam inhætionis, cum forma denominet id, in quo recipitur, & talia accidentia non distinguunt subiectum in quo, à subiecto circa quod, ut contingit de scientiis habentibus subiecta in quibus distincta à subiectis circa quæ; unde in proposito non valet distinctio, Bannes, allegatum testimonium intelligendum de subiecto, circa quod exercetur Generatio substantialis, etenim accidentia, quæ non sunt operationes potentiarum, seu actiones, quibus potentia tendunt in propria objecta vitaliter, non habent objecta distincta, in quibus recipiantur & circa quæ versentur, quare si in composito reciperetur Generatio in ratione mutationis, ipsum diceretur subiectum inhætionis, denominationis, & circa quod; nam quia mobile est subiectum motus, illumque recipit, ab illo denominatur & subiectum circa quod dicitur.

Probatur secundò, quia materia est, quæ in Generatione transit à privatione formæ ad formam & quæ mutari dicitur; ergò est subiectum inhætionis; nam ut ait Aristoteles 5. Phys. t. 12. de mutatione loquens, cui inest, illud mutatur. Denique compositum esse nequit, nam dum exercetur Generatio, compositum nondum est, vel non intelligitur esse; tum, quia ipsum non manet sub utroque termino mutationis, nec mutari dicitur, sed produci; ergò nequit statui subiectum Generationis compositum, quod volebat Bannes, quem etiam in hac impugnavi probatione.

II. Probatur secunda pars: Quia Generatio, in ratione mutationis, est relatio fundata in materia ad formam, per quam subiectum ipsum præciso quocunque alio mutatur ipsaque formâ habitâ cessat ipsa mutatio; sed contra primam partem sic

Non potest esse compositum quia illud non mutatur.

Terminus est materia.

Arguitur: Generatio, in ratione mutationis, quamvis extrinsecè sit substantialis, intrinsecè tamen & formaliter est accidens; ergò non subiectatur in materia; probatur consequentia: in materia prima non datur quantitas, in qua omnia alia accidentia subiectantur; ergò nec dabitur in ea Generatio, cum deberet subiectari in quantitate, consequenter non materia, sed compositum erit subiectum mutationis. Verùm tamen respondeo, negando consequentiam, cujus probationis Antecedentem distinguo, pro secunda parte: Est subiectum accidentium absolutorum, concedo; relativorum, nego; hæc enim possunt subiectari in materia: ratio autem, cur in materia non possint subiectari accidentia absoluta, non provenit ex sua imperfectione, & ex parvitate entitatis, nam materia est perfectioris entitatis, quam sit entitas quantitatis, in qua tamen immediate subiectatur qualitas, licet qualitas secundum Scotum 4. d. 12. q. 2. sit essentialiter perfectior, quam quantitas; sed quia illa accidentia consequuntur formas substantiales, tanquam accidentia propria.

Dico 2. Si sumatur Generatio in ratione actionis, seu productionis, subiectum ejus est generans terminus totalis & adequatus ipsum compositum, quatenus includit naturam & singularitatem. Ita Scotiæ communiter.

Probatur prima pars: Quia omni actio secundum formalitatem actionis subiectatur in agente, non verò in termino vel solo; ergò.

Probatur secunda pars, ex Aristotele 7. Metaph. t. 26. 27. 32. ubi dicit compositum primò generari, hoc est adæquatè & ultimè, ut explicat Scotus 1. d. 5. q. 1. G. secundò illud dicitur terminus qui, seu ultimus, qui est primò ab agente naturali intentus, & in quo solum ultimè quiescit; sed hoc est compositum: ergò. Probatur major à pari, nam sicut in moralibus finis ille est, qui ab agente naturali ultimè, & primò intenditur, & cetera propter ipsum, sic in naturalibus agens naturale ideò operatur, & formam cum materia unit, ut compositum producat; ergò ipsum erit ultimus & adæquatus terminus Generationis, cum eo ipso quiescat mutatio, eoque habito cesset totaliter agens, licet singularitas naturæ, & existentia non producantur immediate ab ipso producente, sed potius ab ipsa essentia reali, cujus sunt existentia & singularitas, hoc inde evenit, quia modi intrinseci alicujus rei producuntur ab illa re, cujus sunt modi, si enim producerentur à producente naturam possent aliquando non produci ab eo, quod tamen falsum est, quia in dispensabiliter, & simpliciter sequuntur ad productionem naturæ.

Dixi in Conclusionem: Compositum esse terminum, ut includit naturam & singularitatem, quia secundum Aristotelem 1. Met. 1. Generationes sunt circa singularia, natura namque in communi licet constaret genere & formâ ut sic, non generatur, non enim generatur ignis ut sic, sed hic ignis.

Addi etiam, ut includit singularitatem, & non subsistentiam, tum propter animatorum generationem, in qua corpus pro altera parte terminat Generationem ut quod in suo ordine, & tamen non est subsistens, cum sit alteri communicabile, tum, quia natura ut sic, seclusa subsistentia, est sufficiens terminus Generationis, ut patet de B. V. erga humanitatem Christi; tum denique, quia subsistentia est quid negativum, adeoque actio Generativa ad eam terminari non potest.

malis generationis est ille, quo generans assimilatur sibi genitum, secundum esse essentiale, seu specificum, sed hoc facit forma, & non aliqua unio, quæ est accidens, & merus respectus extrinsecus adveniens habens se per modum meræ conditionis applicantis causas intrinsecas: ergo forma erit terminus formalis quo, & non unio, tale namque est constitutum, qualis est formalis terminus constituens: unde si esset accidentalis, constitutum etiam esset accidentale. Neque est necesse, quod terminus formalis in generatione semper de novo accipiat esse per eam, nam æquè bene dicitur terminus ad quem, licet præexistat, dummodò de novo in materiam inducatur, & æquè bene sua munera specificandi & assimilandi exercet, ac si non præexistisset.

VII. Adversarii probant, formam debere esse terminum qui. Illud est terminus qui, quod secundum se propriè, & primò generatur, sed compositum non sic generatur secundum se totum, & primò, nam materia præexistit; ergo compositum non est terminus, sed sola forma, quæ sic primò & propriè generatur; sed Respondeo cum Doctore, compositum poni per se primò terminum generationis primitate adæquationis, non verò totalitatis; generatur enim in se, & per se, & non gratiã alterius, veluti forma, & hæc ratione dicitur per se primò generari.


Ad alteram p, Scilicet corruptio-

X. Declaratur subiectum corruptionis sicut & terminus.

nem, progrediendo, facilè est eam resolvere: unde etiam breviter eam expedit; nam si de ipsa corruptione loquamur sub ratione mutationis, subiectum est materia, in qua, velut in arena utraque exercetur mutatio: terminus autem est non esse, seu privatio formæ, nam quemadmodum in generatione transit materia de non esse formæ ad esse, ita e contra in corruptione transit de esse formæ, ad non esse formæ; si verò de ea loquamur in ratione destructionis, seu actionis destructivæ, terminus erit non esse compositi; sicut enim per generationem in ratione productionis solum compositum accipit esse, hoc enim est, quod propriè generatur, ita compositum est, quod propriè dicitur corrumpi, & per corruptionem desinere, secus est de forma, quæ sicut non dicitur propriè generari, sed educi de potentia subiecti, ita nec propriè dicitur corrumpi, sed desinere in materia, & in ejus potentiam rursus reduci, tamen ob nominum penuriam dicitur etiam forma corrumpi.

VIII. Joannes à S. Thoma Probat subsistentiam esse terminum qui. Quia ille est terminus qui, qui per se directè, & primariò in generatione attingitur, & non secundariò, & mediata, sed subsistentia sic attingitur; quia per se primò pertinet ad perfectionem termini: ergo. At tamen Respondeo cum Scoto 3. d. 6. q. 1. & distingo minorem; subsistentia formalis, nego; hæc enim duplicem dicit negationem; subsistentia materialiter sumpta, quæ est existentia compositi, concedo; nam hæc, cum non sit gratiã alterius, sed gratiã sui producta, ad ipsam sequitur illa duplex negatio, dummodò non impediatur.

IX. Dico 3. Terminus formalis, seu quo generationis est forma, & unio. Probatur terminus for-



DISPUTATIO VI.

DE GENERATIONE VIVENTIIUM.

QUÆSTIO I.

Quid sit Generatio Viventium?

I. Cognitã Generatione ut sic ad generationem viventium explicandam accedo, & quamvis nominatenus tam Thomistæ quàm Scotistæ in hac definienda discordent, utpote cum aliqui plus, alii minus in definitione ponant, facilè tamen concordari in hac possunt materia, ut sola videatur controversia de voce, non de se, unde ad obvianandum multis difficultatibus, & variis explanationibus, alioquin faciendis providendo, unam tam Thomistarum, quàm Scotistarum completentem hic trado definitionem, & ad quæstionem

Augustini lib. 1. contra Maxim. Ubi ait: Si animalibus dedit, ut non generent nisi quod sunt, homo hominem generat, canis canem, & Deus Deum non generat? Hoc genuit Pater, quod est, alioquin non est Filius verus, sicut de partibus animalium supra diximus. Similia habet lib. 2. c. 78. Est communis, nisi quod nonnulli addant: ly in similitudinem naturæ, quam particulam infra dandam in solutione oppositionis pro Scoto. Explicatur ergo Conclusio: Dicitur productio, in quo convenit cum productione substantiali non viventium, loquor enim de ea hic sub ratione productionis, & non mutationis: Dicitur naturalis, per quam particulam excluditur ab hac descriptione omnis productio, etiam viventis à vivente, quæ fieret per potentiam liberam, seu per voluntatem; hinc ab ea excluduntur primi homines, licet facti sint à DEO vivente, etiam aliquo modo ad ejus imaginem & similitudinem, sicut

II. Dico: Generatio viventium ut sic, bene describitur, quod sit: Productio naturalis viventis à vivente mediante principio conjuncto. Hæc est D.

& Angeli facti à Deo vivo viventes. Imò ut docet Doctor 3. d. 8. q. un. §. ad quæstionem & Theologi communiter, Processio Spiritus S. ideo non dicitur generatio, quemadmodum dicitur productio Verbi, quia nimirum procedit per principium Liberum, scilicet, voluntatem, non verò per naturale scilicet, intellectum; unde D. Augustinus lib. 15. Trinit. cap. 14. ait: *Filius procedit, ut natus, Spiritus Sanctus ut datus*; Datio autem fit per voluntatem, voluntas autem non est principium naturale, & hinc Spiritus S. non dicitur Filius, licet in similitudinem Patris procedat, quia, ut loquitur D. Augustinus lib. 3. contra Maxim. 14. *Non omne, quod procedit, nascitur, licet omne procedat, quod nascitur, sicut non omne, quod bipes est, homo est, quamvis bipes sit omnis, qui homo est.* Productio verò Filii verè dicitur generatio, & comprehenditur in hac descriptione, quia est naturalis, cum sit à principio naturaliter agente. Dicitur etiam *vivens à vivente*, in quo generatio viventium differt ab omnibus aliis generationibus inanimatorum, imò etiam animatorum procedentium à principio non vivente; hinc si verum est, ut quidam volunt, viventia, quæ generantur ex putri materia, ut ranæ, vermes, &c. produci à sole, generatio ipsorum non potest in rigore dici propriè generatio viventium, quia non est generatio viventis à vivente, sed à non vivente. Ponitur denique *mediante principio conjuncto*, ad significandum, quod genitum in se debeat habere aliquam substantiam, quæ fuit antè in generante, sicut in generatione Filii æterni patet, nam eadem essentia est in Patre, & Filio, seu generante, & genito; in plantis verò, brutis, & hominibus est semen, quod à generante deciditur. sub hac enim ratione dicitur fieri genitum ex substantia generantis; unde per hoc excluduntur generationes, quæ fiunt (si tamen aliquæ fiunt) à demonibus incubis; nam in his nihil demon sui, aut de substantia sua communicat genito, sed tantum semen alienum transfert in vas femina; quare fœtus nascens, partus dici debet hominis, cujus semen fuit, non verò demonis; hinc etiam fit, ut oviparix generatio & partus tribuatur avibus ova ponentibus, non verò illis, quæ ova tantum fovent, quod ipsa confirmat experientia, quæ videmus quòd si gallina foveat ova anatis, anates procedunt, non gallinæ. Excluditur etiam productio, quæ vivens producit aliud vivens, sed non mediante principio conjuncto, ut est productio hominis à Deo. Per principium autem in definitione positum debet intelligi principium activum, & non passivum, quod tantum ut materia se habet, hinc Eva non dicitur genita ab Adamo, licet fuerit ex ejus costa efformata, nec etiam animalcula homini domestica frequenter, sicut & brutis, possunt dici ab eis generari, quia non nisi materialiter, & passivè ad eorum productionem concurrunt, subministrando materiam, ex qua generantur.

Genitum debet aliquid habere de substantia generantis.

Principium debet esse activum.

III. Scotus objectus loquitur de specie & generatione univoca.

Opponitur contra definitionem datam Authoritas Doctoris 1. d. 13. q. un. ubi describit generationem viventium, quòd sit productio naturalis viventis à vivente producenti in natura, quod tamen nos omittimus;

ergò non est conformis Doctori. Respondet Scotum in illo Loco non definivisse generationem ut sic, sed solum unam speciem univocam, nam non potest verè negari generationem muli ex equo & asina esse generationem viventis à vivente, neque potest ostendi similitudo muli cum equo, aut asina, à quibus producit: ergò specie distinguitur, adeoque descriptio nostra non erit contra Scotum, sed Scoticum Scotum malè explicantes.

QUÆSTIO II.

An Parentes activè se habeant in generatione Filii?

Quæstio hæc forum meum excedere videtur, cum ejus examen potius ad Medicos, & Anatomistas spectet, quam ad me, cum etiam, quia iis prælego, quibus competit magis scire, quid sit diligere Fratres, quam disputare, quomodo, vel quid sit generare Filios, verumtamen quia castis auribus casta omnia sunt, nullus malè audiet, & si quis adhuc sensario malè affectato laboraret, utilitas tamen hujus quæstionis immaturo zelo præponenda est. Itaque duo quaruntur hæc; primò: an uterque parens, id est tam mas, quam femina in generatione prolis activè se habeant, vel an solum Pater activè, Mater verò passivè; Secundò: quidnam in generatione prolis producant? Circa primum Thomistæ secuti Aristotelem in Gen. 1. 19. docent, Matrem non concurrere activè emittendo verum semen, sed tantum passivè subministrando videlicet materiam, id est sanguinem menstruum, circa quem sperma virile, sicut artifex circa aliquam materiam. Opposita sententia est omnium Medicorum, & Doctoris 3. d. 4. q. un. §. tunc dicit, quod utrumque parentem concurrere activè subministrando verum semen, unde ex eodem citato Nota: In generatione hominis, & aliorum animalium perfectorum, per propagationem genitorum hæc omnia concurrere præcipue ex parte femina; primò enim intervenit motus localis, quòd materia corporis generandi detatur ad proportionatum & proprium Locum ipsius generationis, Secundò figuratur corpus generandum, quando materia in diversas partes distribuitur, & secundum diversas figuras delineatur; Tertiò condensatur & alteratur materia, ut in illam forma corporeitatis induci possit, ubi etiam motus localis intervenit, quòd partes illæ condensantur, & minorem occupant Locum; hæc omnia præcedunt organizationem; quartò organizatur corpus quæ in introductione formæ corporeitatis consistit; quintò est animatio, quæ immediatè, & in eodem instanti temporis organizationem consequitur. Denique est ipsa prolis augmentatio, sive intra ventrem matris existentis, sive postquam jam exivit, ad hanc mater se non habet activè; quod idem clarè D. Augustinus lib. 33. q. 9. §. 56. sic describit: *Dicitur autem conceptio humana sic producere & perfici, ut prima sex diebus lactu habeat similitudinem (semen supple) sequentibus diebus novem convertatur in sanguinem, & decem diebus solidetur, reliquis diebus decem & nati formatur*

formatur usque ad perfecta lineamenta omnium membrorum, & hinc jam reliquo tempore usque ad tempus partus magnitudine augetur. His præmissis

II. *De acti-
vitate
parentum
in
generatione
filii*

Dico primò: In generatione proli tam mas, quam femina activè se habent. Ita Scotus cit.

Probatur Conclusio primò:

Authoritate Sanctorum Doctorum Augustini tract. 2. in Joannem, ubi post ista Evangelistæ verba, *Qui non ex sanguinibus*, subdit: *tanquam maris & feminae.* Ex sanguinibus enim maris & femina nascuntur homines, in quo Loco, per sanguinem, semen intelligit. Imò clarissimè id supponit lib. 2. de nup. & concupisc. 13. *Utrum autem utriusq; sexus semina in muliebri utero cum voluptate miscantur, viderint femina, nos non decet inaniter usque ad ista esse curiosos.* Si enim non supponeret in femina, non quereretur, an ex commixtione cum semine virili delectatio oriatur. D. Bernardi Auctoritas clara est, nam serm. 2. super missus est ait: *Germen Domini Jesus Christus solus de mundissimo conceptus femine:* Sed non viri; ergò solius Sacratissimæ Virginis; & consequenter si hæc activè concurrat ad conceptionem (hoc enim est subministrare semen) eadem est ratio de aliis feminis.

Probatur secundò Ratione:

Per hoc causa univoca ab æquivoca differt, quòd causa univoca producat sibi effectum similem in natura; ergò quòd effectus sit similis causæ, provenit ex aliqua causa activè se habente, sed sublimo; experientia constat, quòd frequenter, & sæpiùs Filius assimilatur magis matri, quam Patri; ergò Mater etiam activè concurrat.

III. *De acti-
vitate
Thomistæ
respondentis*

Thomistæ Respondent, hanc assimilationem provenire tum ob communicationem sanguinis menstrui, tum ob inobedientiam materis, nam Patris semen intendit sibi assimilare prolem, ob impedimentum tamen inventum assimilatur opposito, scilicet matri. Sed Contrà ad primum: Sic posset dici pediculus assimilari homini, quia tam bene communicatur illi sudor, ac sanguis Filio; ad secundum dico, quòd licet virtus aliqua impediatur, ne producat sibi simile, non tamen statim producit simile opposito sui, ut patet de calore, qui impeditus à frigore, ne simile sibi producat, non producit tamen simile opposito suo, scilicet frigori; & si contingat, quòd producatur frigus, hoc non faciet calor impeditus, sed aliquid aliud agens: ergò assimilatio semper est ab aliquo agente & causa activa: ergò etiam ista assimilatio Filii ad Matrem non erit à Patris semine impedito tantum, sed à virtute activa matris, adeoque Mater activè concurrat.

IV. *De acti-
vitate
Thomistæ
respondentis*

Probatur Conclusio tertio:

Ex Aristotele asserente 10. Metaph. t. 25. formas ejusdem speciei consequi potentias ejusdem speciei, quia potentia sequuntur naturas specificas rerum, sed mas & femina sunt ejusdem speciei, ergò habent etiam potentias ejusdem speciei, & consequenter si Pater activè concurrat, concurrat & Mater. Confirmatur tum experientia Anatomicorum, qui asserunt in feminis esse eadem vasa semen deferentia,

coquentia, ac servantia, ac in viris, tum, si Mater solùm præberet Locum ad materiam, de qua generatur proles, non concurrente ad illam activè, ipsa non aliter se haberet ad prolem, quàm terra ad generationem auri, & ita diceretur Mater, sicut terra auri, quod tamen falsum est: nec valet dicere, feminam dici Matrem, quia est ejusdem rationis cum genito, non ita terra cum auro; quia hoc nihil officit, quin terra deberet dici Mater auri, quia non requiritur, ut Filius & Pater sint ejusdem rationis, alioquin equus non diceretur Pater muli, & asina Mater, quod tamen falsum est.

Arguitur contra Conclusionem fortissimè ratione:

sequeretur enim, quòd si femina emitteret verum semen, posse feminam se solam sine conjunctione viri generare, sed hoc est falsum: ergò probatur sequela: Quando duæ causæ essentialiter non subordinatæ (ut sunt, quæ sunt ejusdem speciei) concurrunt ad aliquem effectum una illarum potest in tantum crescere, ut se solà possit effectum producere, ut patet de duobus trahentibus eandem navem, quam unus, si ejus virtus creverit in tantum, se solo trahere poterit, sed poterit semen feminæ magis ac magis crescere, & plures, ac sufficientes dispositiones tum in calore, tum quantitate acquirere. ergò se solà poterit generare. Verùm Respondeo negando sequelam, cujus probationem distinguo: Quando duæ causæ, &c. si in effectum ex tali productione non resultat dependentia, & relatio necessariò prærequiritur in alia causa partiali relationem alterius rationis, ut proprium relativum saltem concomitans, & secundum cursum naturalem, concedo; si prærequiritur, ut est in proposito, nego. Relatio enim maternitatis resultans in femina ex Filio producto necessariò prærequirit, ut proprium correlativum, in alia causa partiali aliam relationem alterius rationis sibiimet correspondentem, scilicet paternitatem.

V.

Ratio cur femina non possit sola generare & tamen unus novum solus trahere?

Instatur. Relatio correspondens maternitati ut proprium correlativum non est paternitas, cum salvari possit in Matre absque paternitate, ut patet de B. V. quæ in generatione Christi se habuit, veluti alia Matres fovendo, & nutriendo, & tamen maternitati ejus ex parte activi non correspondet relatio paternitatis; sed est filiatio: ergò nulla solutio. Respondeo distinguens. antecedens: non habet ut relativum proximum, concedo antecedens, & hinc est, quòd sine ea supernaturaliter salvari possit, quàmvis non naturaliter; non habet pro relativo remoto, & necessariò præquisito ad hoc, ut fundamentum maternitatis fiat in potentia proxima, ut in ipso possit resultare relatio maternitatis, nego; virtus itaque Matris, seclusâ virtute Patris, est solùm remota, non verò proxima.

Relatio maternitatis ad paternitatem est remota.

Opponunt Thomistæ secundò.

Tum, quia feminæ spadonibus, & pueris semen non efficientibus similes sunt in imberbitate, & voce, tum, quia alioquin ad instar virorum in usu venereo languerent, quod tamen scriptura negat, asserens Proverb. 20. *Tria insatiabilia esse, infernum, os vulvæ, & terram, quæ*

VI.

1107

non satiatur aqua; negat & ipsa experientia, quã videmus feminas luxuriosiores esse viris. Denique Christus Dominus ex semine conceptus fuisset, cum tamen de eo, cantet Ecclesia: *Et procedens homo sine semine.* Verum facilis est omnium solutio; nam ista similitudo cum pueris & spadonibus non provenit ex eo, quod semen non emittant, sed aliam esse causam probat ratio, quia alioquin etiam similiter pueris & spadonibus, steriles essent. Deinde: multæ mulieres in barba & voce maribus similes sunt: ergo illæ saltẽ semen emitterent & si aliqua emittunt; ergo omnes, cum non possent assignari ratio, cur uni & non alteri hoc esset concedendum; Quod verò in actibus venereis non languescant, non est, quia non emittunt semen, sed, quia intra se illud emittunt, & quia viris humidiores sunt, & ex majori abundantia sanguinis spiritus vitales citius resciantur, unde etiam Scriptura allegata nostram confirmat sententiam; si enim feminæ magis libidine ardent, quàm viri, signum est, eas stimulis feminis ad hoc durius agitari. Denique ad tertium respondendo concedimus, Dominum nostrum Jesum Christum ex semine Virginis fuisse formatum operante Spiritu Sancto deferente semen ad locum generationis, nullã proflus mediante sensuali delectatione, quare Scriptura, Ecclesia & Sancti Patres excludunt solum semen virile.

*Solvuntur
plures instan-
tiae tum de
imberbitate
mulierum
tum luxurie
tam ex eo
quod Christus
esset genitus
ex semine.*

VII.

*Femina pro-
ducit ani-
mam sensiti-
viam.*

Dico 2. Femina immediate, & activè concurrens ad educationem & informationem animæ vegetativæ & sensitivæ. Ita Scotus 1. d. 17. q. 3. K.

Probat: Quia non est recurrendum ad causas universales, quando necessitas non urget, vel ratio non suadet; utpote cum effectus ad causas universales referri non debeat, nisi quando excedit virtutem & vires agentis creati, quod hic non contingit, utpote cum mater præsens ejusdem sit perfectionis, adeoque per animam suam vegetativam & sensitivam ex materia apta educere poterit animam vegetativam & sensitivam: ergo. Nec per hoc mater perfectiùs attingit generationem proli, quàm parens absolute; unde parens nobiliùs agit per decisionem seminis perfectioris & activioris, utpote reddentis matrem proximè dispositam ad generationem, perfectiùs verò attingit mater ipsam informationem, si verò semen viri diceretur animatum, omninò æquè concurreret ad animationem. Ex Conclusione etiam inferri potest, mulum non esse essentialiter perfectiorem asinã, alioquin asina mulum producens ejus animationem non attingeret, cum nulla causa possit effectum se ipsã essentialiter perfectiorem attingere. Est ergo mulus tantum perfectior accidentaliter asina, in quantum major & propter concursum seminis Equi est robustior.

*Quomodo Pa-
ter perfectiùs
generet.*

VIII.

*Parentes non
possunt at-
tingere unio-
nem animæ
rationalis.*

Dico 3. Parentes non possunt attingere unionem animæ rationalis. Ita Scotus in 4. d. 43. q. 3. a. 3. asserens, Deum solum esse causam effectivam hujus unionis creando & infundendo animam; nam ut ipse alibi docet, producents formam product & unionem, ergo.

Probat Conclusio: Unio est respectus extrinsecus adveniens, quæ non po-

nitur, nisi positis extremis determinatè approximationis, sed parentes non sunt causa talis approximationis determinatè; ergo nec possunt esse causa unionis inter animam & corpus. Consequentia patet, quia si non ponitur unio, nisi positã tali approximatione, illud debeat esse causa unionis, quod est causa approximationis; Major patet, Minor probatur; quia parentes nullam exercent operationem, circa corpus, necessitantem simpliciter Deum ad anime productionem & infusionem, alioquin Deus eam non produceret liberè, quod tamen factum est, cum ex libero Dei Decreto ad perfectam organizationem corporis sequatur animatio. Confirmatur: quia non videtur, quomodo homo operando ut agens corpuscum possit attingere unionem hanc, quæ, ex parte animæ, est spiritualis est.

Aversa Conclusio nem sic oppugnat: Si homo solum attingeret formam corporeitatis, & non unionem animæ rationalis, sequeretur hominem non generare verè alium hominem, sed hoc est inconvenientissimum: ergo, Probatur sequela; quia produceret solas dispositiones, sed producendo dispositiones solas, non dicitur verè generare unum alterum, quia alioquin homo non concurreret magis ad productionem hominis, quàm sol ad generationem viventium ex putri, consequenter non magis homo diceretur filius hominis, quàm vermis filius solis. Sed solvitur facile argumentum: respondet negativè ad sequelam, cuius probationem vel distinguo, produceret solas dispositiones, quæ essent accidentia, nego; quæ essent substantia, concedo: vel nego cum Scoto absolute, hominem producendo formam corporeitatis producere solam dispositionem, nam pro eo instanti, quo ab homine inducitur ultima dispositio, inducitur anima rationalis à Deo, & cum non sit totaliter cessata actio hominis, sed in eodem instanti, in quo producit totum, adhuc perseverat producendo partem essentialem ipsius compositi, dicitur causa illius; hoc modo B. Virgo dicitur mater naturalis Christi & Dei, quia pro eodem instanti, quo corpus efformatum fuit à Virgine, unum fuit Verbum, hinc homo dicitur parens alterius, quia aliquid hinc ipsi communicat, quod non reperitur in productione viventium ex putri à sole, adeoque vermis nullo potest dici modo filius solis.

Instat. Secundum hoc dicitur filius patris, secundum quod producit à patre, & secundum quod assimilatur patri, sed secundum organizationem & productionem solum non dicitur filius patri similis, sed secundum totam entitatem ipsius Filii; ergo non esset adhuc verè filius patris: Attamen respondeo distinguendo Majorem; filius secundum illud dicitur filius patris, secundum quod producit mediã vel immediã, concedo, solum immediã, nego, sufficit enim immediã unam partem essentialem attingere, ut dicatur totum filium producere modo paulò antè explicato.

Urget argumentum: Accidentis attingit ultimam dispositionem forme substantialis, tamen non dicitur causare substantiam, ergo nec homo dicitur generare hominem, licet

licet ultimam dispositionem attingat, adeoque plus requiretur & consequenter ipsam unionem attingere debet. Sed omnino nulla est paritas; nam forma corporis est de intrinseca ratione hominis producti, non sic accidentia respectu formae substantialis, imò si argutè perpendatur instantia, est bona probatio Conclusionis, quia non omne, quod potest producere ultimam dispositionem, potest etiam formam producere, ut dicit argumentum, adeoque licet mater ultimas producat dispositiones organizando, unionem formae animae rationalis attingere non potest; quia tunc tantum, potest agens, producens ultimam dispositionem, etiam inducere formam, quando dispositio & forma sunt ejusdem generis & ordinis, non verò quando diversi sunt. Ut haec materia medica melius intelligatur, consultum duxi, nonnullas quaestiones per & sub intultulatione Quaes expedire. Itaq; brevitati studendo

Quaeresextò: Quoto mense infans nasci solet? Respondeo ordinariè nono, quamvis saepius etiam septimo & octavo; imò aliquando decimo nasci testatur Scriptura Sap. 7. n. 10. In ventre matris figuratus fuit caro decem mensium tempore. Doctor Varreda dicit, probabiliter etiam quinto mense hominem nasci posse, & pro ratione allegat paritatem de terra, quae in certis partibus orbis bis in anno fructificat, cum tamen alibi non nisi semel, sic non implicat, quod detur femina, quae quinto partum edat, licet alia id non soleant facere, nisi nono.

XV. Nono mense solent homines nasci quamvis non implicet etiam quinto fieri.

QUAESTIO III.

De causis generationis viventium ex putri.

Ordo rei postulat, ut posteaquam praecedenti quaestione egi de generatione, quae fit per feminalem propagationem, aliquid dicam de iis, quae vel solum, vel etiam ex putri generari solent. Tota autem difficultas est de causa efficienti, nam de aliis patet; causa enim materialis materia est putrescens, formalis forma & finalis ipsa anima & compositum, si consideretur internus finis, sicut externus est bonum universi, tum conservatio speciei & utilitas, quam haec animalia imperfecta frequenter afferre solent. Itaq; ad quaestionem

I. Introductio ad quaestionem.

Dico I. Causa effectiva viventium generatorum ex putri, quoad animationem est Deus. Est D. Augustini lib. 3. Gen. litt. cap. 14. dicentis: Minutissima animalia pleraq; aut de vivorum corporum vitio, vel purgamentis, vel exhalationibus, aut cadaveribus abe gignuntur: quaedam etiam de corruptione lignorum & herbarum, quaedam etiam de corruptionibus fructuum, quorum omnium non possumus rectè dicere, Deum non esse Conditorum.

II. Deus est causa effectiva animae generatorum ex putri.

Probatur ex refutatione aliarum sententiarum: Quia tunc est ad causam primam recurrendum, quando in creatis non reperitur ulla activitas; quia illa esset vel in angelo, vel in astris, vel anima mundi, vel in calore disponente, in quibus tamen nequaquam aliqua assignari potest; nam angeli in his inferioribus non possunt causare aliquam formam absolutam ex communi Theologorum, sed solum agunt per motum localem & applicando activa passiva; Coeli licet possint concurrere ad formam corporeitatis, animam tamen, utpote perfectiorem nequeunt attingere; Anima verò mundi datur nulla; Calor deniq; accidens cum sit, neque ex se, neque ex virtute communicata potest attingere productionem substantiae: ergò solus Deus erit causa effectiva animationis.

Fortunius Licetus, In opere de spontaneo viventium ortu, qui etiam particularis est in hac materia, asserens, animas velut in vase contineri, quod tamen videtur inconceptibile; nam illa continentia verè animam cum materia unit vel nò; si primum, erit verum compositum vivens & per se, si secundum; ergò continebitur in materia, sicut vinum in vase, adeoque erit à materia independens & separabilis, ac consequenter immortalis, sicut anima rationalis; hic

III. Non possunt contineri velut in vase.

Rrrr inquam,

Quaeres primò: Ex qua materia efformetur foetus? Respondeo cum Medicis & aliis plurimis contra Aristotelem negantem feminis semen, ex utrinque parentis semine & sanguine foeminae formari foetum, ita tamen ut ex semine fiant ossa & partes principales, ex sanguine verò partes carnosae, quomodo verò id fiat, consulantur Medici.

X. Quaes primò: Ex qua materia efformetur foetus? Respondeo cum Medicis & aliis plurimis contra Aristotelem negantem feminis semen, ex utrinque parentis semine & sanguine foeminae formari foetum, ita tamen ut ex semine fiant ossa & partes principales, ex sanguine verò partes carnosae, quomodo verò id fiat, consulantur Medici.

XI. Quaes secundò: Quenam sint partes principales in homine? Respondeo cum communi Medicorum, esse tres: hepar, cor & cerebrum; in hepate enim maximè residet virtus naturalis, cum in se generet sanguinem, quem per varias venas à se originem trahentes per totum corpus dispersat. In corde residet facultas vitalis; nam efficit ex sanguine ab hepate accepto spiritus vitales valde calidos, quos deinde per arterias ad singula membra transmittit, ad calorem naturalem reficiendum & vitam conservandam, quae sine calido esse non potest. De cerebro etiam patet, quia ab ejus influxu dependent operationes animales scilicet sensationes, quod patet ex eo, quia nervi & spiritus vitales ad operationes animales exercendas necessarii, ab eo originem trahunt.

XII. Quaes tertio: Quenam pars ex his tribus prius efformetur? Respondeo cum Galeno & communi, primis scilicet diebus conflare in utero tres quasi bullas, postea à septimo die vim formatricem femini inditam, rudimentum quoddam viscerum exhibere, deinde ex crassiori materia primò hepar conflare, ex paulò tenuiori cor, ex humore deniq; qui altiore occupat locum, cerebrum coalescere.

XIII. Quaes quartò: Quo die informetur foetus animà rationali? Respondeo cum communi Theologorum, in masculis animam infundi die 40. à sua conceptione, & in foeminis die 80. Pro ratione habent illud Levit. 12. ut puerpera purificaretur die 40. quae virum peperisset, quae foeminam autem die 80. in qua lege dies purificationis assignatur respondens non diei conceptionis, sed informationis.

XIV. Quaes quintò: Cur aliqua foeminae patient abortum? Respondeo hoc fieri propter debilitatem ligamentorum, quibus foetus ligatur.

F. Amandi Hermann Physica.

inquam, contra Conclusionem opponit auctoritatem tum Sacra Scriptura Gen. I. ubi clarè habetur, plantas & animalia alia, præter hominem, non fuisse à Deo immediatè producta, sed plantas, animantia & repentia à terra, pisces & volucres ab aqua; ait enim textus: *Protulit terra herbam facientem semen, lignumq; faciens fructum & habens unumquodq; seminem secundum speciem suam*: tum Aristotelis afferentis 2. Gen. cap. 3. solam animam rationalem deforis advenire, hoc est, à Deo produci: ergò Deus non est causa viventium generatorum ex putri. Sed respondeo: Scripturam ipsam ibi non exprimere causam efficientem, sed materialem, quare omnia fuerunt à Deo efficienter producta, hoc solo discrimine, quòd in productione aliorum animantium sola terra & aqua habuerunt concursum materialem, in productione autem hominis solus Deus concurret; quia anima rationalis creatur, non educitur, per quod patet, quid dicendum sit ad Aristotelem; quia idèò solum docuit animam rationalem deforis advenire, quia hæc sola est independens à corpore.

Explicatur Scriptura que videtur asserere omnia animantia non fuisse immediatè à Deo producta.

IV. Dico 2. *Anima animalium generatorum ex putri sunt ejusdem speciei cum illis, qua quandoq; etiam ex seminali propagatione generantur.* Ita Scotus 1. d. 2. q. 7. §. Respondeo ad primum principale.

Anima sunt ejusdem speciei.

Probatur primò: Tum, quia ignis ex ferro & chalybe productus ejusdem est speciei cum illo, qui ab alio igne generatur.

Secundò: Quia genita ex putri, & per seminalem propagationem habent easdem operationes circa eadem objecta, eadem accidentia, ab eisdem conservantur, & ab eisdem corrumpuntur, habent eadem organa, eandem figuram, compositionem & complexionem, ac omnes omninò proprietates: ergò sunt ejusdem speciei. Nec difficultatem habet, quod opponunt adversarii, scilicet, quòd non habeant potentiam generativam, nam in primis hoc negatur, ut patet experientia, quòd una planta sponte nata aliam producat; imò D. Augustinus 3. Trinit. 3. & 9. D. Ambrosius de Incarn. Verbi in fine, sentiunt Serpentes & Scorpiones, etiam si generentur ex putri, ex se invicem etiam generari; Detur deinde, quòd non haberent virtutem generativam, si omnia alia eandem speciem arguentia adsunt, non probat esse diversæ speciei; multi enim homines steriles sunt & infæcundi, nemo tamen eos specie distingui dicit.

Non refert quòd non generent, nam hoc saltem videtur.

V. **Opponitur Conclusioni ratio,** & Aristotelis auctoritas: Nam ubi sunt diversi specie motus, sunt diversi specie termini, sed hic productiones ex putri & ex semine, specie distinguuntur, ergò & termini. Deinde: Aristoteles 1. Gen. 1. ait: Quæ non ex coitu, sed ex putri materia oriuntur, ea generant quidem, sed genere diversum, quodq; igitur nec mas est, nec femina, talia sunt nonnulla ex genere insectorum; ergò si non generant sibi simile jam specie differunt à genitis ex coitu, quæ sibi simile generare nata sunt. Sed respondeo, ut frequenter insinuavi, non semper specificam distinctionem motuum inferre distinctionem spe-

cificam terminorum. Ad Aristotelem ergò dico, quòd loquitur de animalibus generatis ex putri perfectioribus & mediis; possunt enim in triplici differentia considerari; nam alia sunt imperfectissima, quæ nihil generant, alia imperfectiora, quæ aliud generant vivens, alterius tamen speciei, ac profus infæcundum, ut pediculi generant lendes, alia imperfecta, quæ ex coitu alia similia procreant etiam fecunda, licet ob imbecillitatem naturæ non transcant quartam generationem, de his itaque, & imperfectioribus locutus est Aristoteles, quod patet ex ipso textu, non enim loquitur universaliter, sed notanter ait, talia sunt nonnulla in genere insectorum.

QUÆSTIO IV.

De Nutritione.

Principalissima difficultas, que in hac quæstione examinari debet & solet, est, an videlicet in nutritione acquiratur nova substantia? qua in re Petrus Lombardus Autonomisticè Magister sententiarum 2. d. 30. negabat omninò, in nutritione acquiri novam substantiam, sed dicebat manere vivens cum illa illa substantia, quam contraxit à parentibus, equi tamen cibum pro pabulo calor naturalis, ut cibo deficiente invadat veram substantiam viventis. Henricus verò, Durandus & Zabarella, ac alii docent, acquiri solum novas partes materiæ, non verò formæ; antequam autem meam aperiam mentem, nonnulla prius pro majori dilucidatione veritatis, prænotanda erant, que fusiori non indigent examine. Itaque

Notandum primò: Nutritionem dupliciter sumi posse, strictè & large; secundo modo sumitur pro qualibet conversione unius in aliud, quo modo solemus dicere ignem nutriri oleo, ligno, stuppâ, quæ nutritio multis ex capitibus non est propriè nutritio, primò, quia non fit per intus susceptionem, sed solum per juxta positionem, non secundum omnes partes, sed solum secundum aliquas. Secundo est nutritio per intus susceptionem & secundum omnes partes, ut dum vinum augetur ex appositione, seu superinfusione aquæ, licet aqua commisceatur secundum omnes partes vino, alius tamen adest ad nutritionem propriam defectus, quòd non fiat propter restaurationem alicujus deperditi, cum nullas, ut suppono, antea amiserit partes. Tertio deniq; etiam permittendo, quòd videatur fieri propter restaurationem alicujus deperditi, nam apparet ignem deperditum restaurari per superinfusionem olei, quas vires propter contrarietatem olei amiserat, hæc tamen restauratio per accidens se habet ad conversionem olei, quia hæc deperditio non provenit aliunde, quam ex ipsa mutua actione ignis & olei, hinc non potest oleum propriè loquendo inservire ad restaurandas partes deperditas ignis, cum inservierit etiam ad eas deperdendas. Quartò denique quidquid adferatur ad probandum similes conversiones esse proprias nutritiones, nihil dicitur, si non dicatur, quòd fiant à principio vitæ, quòd hæcenus semper fuit desideratum; quare nutritio

nutritionem: oprie dictam describere poteris, quod sit: Aggeneratio substantialis ex alimento, vel nutrimento, facta virtute vitali agentis per veram intus susceptionem, qua patere poterit vel ex sola impugnatione modi sumendi nutritionem inanimatarum rerum.

rini, qui magis fatiant, quam carnes, quia tamen carnes in genere suo magis nutriunt, illae interduntur, non pisces. Inferes tertio: elementum purum posse esse nutrimentum; nam Scriptura testatur de serpente: Terram comedens cunctis diebus vitae tuae, Gen. 3. Item plantae, flores à terra avullis in aqua aliquamdiu vivunt, herbae in paludibus & piscinis frequenter sine radicibus in terra fixis virent, florent & fructus proferunt, si credendum Plinio lib. 8. cap. 33. Chameleon solo vivit ex aere, Pyrausta ex solo igne: ergo.

Elementa simplicia possunt esse nutrimentum

III. Notandum secundò: Nutrimentum etiam esse duplex, unum proximum, aliud remotum; proximum est id, quod immediate converti debet in substantiam aliti, quod in plantis est succus ex terra & aqua conversus, & per radices attractus, in animantibus exanguibus humor quidam aequivalens sanguini, in sanguineis principaliter est sanguis, nam negandum non est, quin chylus, pituita, flava & atrabilis pluribus partibus inservire possint ad nutrimentum. Nutrimentum remotum, varium est pro diversitate viventium, quod enim uni cibus est, alteri virus est; Nam ut pulchrè D. Augustinus lib. 21. contra Faustum 13. dicitur: Nunc ipsi nos homines ita sumus, ut plerumq; alter appetat alimentum, quod alter abhorret, sive pro intemperatione naturae, sive pro usu consuetudinis, sive pro affectione valetudinis, quando magis longè diversi generis bestiarum corpora possunt illud habere jucundum, quod nobis amarum est. Aliter caprae nunquam ad roscendum suspenderentur oleastrum. Nam sicut nonnulli morbo hominum mel amarum est, ita illi naturae pecoris suavi est oleaster. Ex quo proximum conficitur, suntq; omnia illa, ex quibus proximum confici potest. Quod si autem quaeras, ex quibusnam proximum confici possit? Respondeo in primis certum mihi videri, nullum accidens rationem nutrimenti habere posse, nam ex accidenti nullo modo potest produci substantia, quod tamen fieri debet, cum forma viventis induci debet in alimentum per conversionem substantialem. Ex quo poteris inferre, nec odores, nec sapores, sive considerentur in ratione qualitatum praecise, sive ut sunt exhalationes vagorosae, posse hominem nutrire (benè tamen possunt confortare cerebrum) maximè etiam, cum non conserventur in sede, ubi solita est fieri nutritio, sed omnes petunt non stomachum, sed cerebrum, in quo nullum est instrumentum concoctionis. Nec recurras ad species sacramentales, quia licet homo illis nutriri possit, hoc non fit per species, sed quia in ultima dispositione concurrat Deus ad producendam materiam aptam natam nutrire; deinde dicit Doctor subt. si puer & infans toto tempore, pono usque ad 30. annum, his speciebus fuisset nutritus, constaret solum ex quantitate & forma substantiali, sicut si ignis, aut cineres, qui ex illis speciebus geniti solum ex forma substantiali & quantitate constarent, non essent ejusdem speciei. Inferes secundò: vinum nutrire posse, tum, quia substantiale est, tum, quia Aristoteles alerit, vinum merum difficilius concoqui, quam dilutam, supponens utrumque concoqui posse & immutari; nec obstat, quod vinum etiam liberaliter haustum non frangat jejunium Ecclesiasticum (tollit tamen meritum) hoc enim non provenit, quia non nutrit, sed quia Ecclesia praecipit & vetuit ea, quae per se primò nata sunt esse nutrimentum, quales sunt soli cibi, quod patet à pari; nam multi reperiuntur pisces marini, qui magis fatiant, quam carnes, quia tamen carnes in genere suo magis nutriunt, illae interduntur, non pisces. Inferes tertio: elementum purum posse esse nutrimentum; nam Scriptura testatur de serpente: Terram comedens cunctis diebus vitae tuae, Gen. 3. Item plantae, flores à terra avullis in aqua aliquamdiu vivunt, herbae in paludibus & piscinis frequenter sine radicibus in terra fixis virent, florent & fructus proferunt, si credendum Plinio lib. 8. cap. 33. Chameleon solo vivit ex aere, Pyrausta ex solo igne: ergo.

Notandum tertio: Potentiam nutritivam non esse calorem naturalem, vel temperamentum primarum qualitatum; quia hujusmodi temperamentum, & calor naturalis accidens cum sit, ad productionem substantiae pertinere non potest, & licet Aristoteles saepe calorem naturalem, potentiam nutritivam appellet, loquitur tamen solum ut est potentia instrumentalis, non principalis, inservit namque ut instrumentum ad nutritionem: principalis itaq; potentia nutritiva, est facultas & principium convertendi alimentum in substantiam aliti, quae diversa est, non tantum in viventibus specie differentibus, sed etiam in eodem vivente juxta diversitatem formae corporeitatis, in quibus diversos effectus producit; nutritiva enim ossis producit os, nutritiva carnis carnem, &c. ad eam plures aliae adhuc requiruntur virtutes, videlicet attractiva, retentiva, expulsiva, secretiva, chyli factiva & sanguifactiva, quarum amplius examen relinquo Medicis. Interim

IV. Calor naturalis non est potentia nutritiva.

Notandum quarto: In nutritione plures intercedere mutationes, nam in primis cibus alteratur in ore per comminutionem & admixtionem salivae, inde delatus ad stomachum, calore naturali ejusdem, adjuvantibusque caeteris membris vicinis, praesertim hepate, concoquitur & in massam quandam, quam Medici chylum compellant, transformatur, qui chylus per inferius orificium ad intestina deductus secundum partem meliorem per meseraicas venas fugitur, & impuriorebus per secessum dimissis trahitur ad jecur, à quo in chimum convertitur, quae est massa quaedam aggregata ex quatuor humoribus, sanguine scilicet, pituita, flava & atrabili, sanguis per cavam magnam, est vena sic appellata, ad omnes partes corporis deducitur, & ex ipsa unaquaeque pars aliquam partem in suam convertit substantiam, in qua conversione formaliter & realiter loquendo, consistit ipsa nutritio, nam si haec sola fieret, jam nutrireretur vivens. His itaque praenotatis

V. Quomodo fiat nutritio.

Dico I. Datur vera nutritio substantialis, in qua verè acquiritur nova substantia, quae non se habet tantum per modum fomenti, ne calor naturalis extinguatur, sed in veritate in naturam viventis transit. Ita Scotus in 4. d. 44. q. 1. §. Circa istam quaestionem, quodque clarè docet D. Augustinus lib. de agone Christi cap. 2. sic loquens: Quod manducamus, in nostrum corpus convertimus, ut ipse cibus secundum corpus

VI. Datur vera nutritio.

F. Amanás Hermann Physica.

Rrrr 2

corpore

corpus hoc fiat, quod nos sumus. Lib. 7. Gen. litt. 16. Moventur arbuta non tantum vi extrinsecus impellente, veluti cum ventis agitantur, sed illo motu, quo intrinsecus agitur, quidquid ad incrementum speciemq; arborum pertinet, quo ducitur succus in radicem, vertiturq; in ea, quibus constat herba & ligni natura. Et Serm. 120. Divers. cap. 11. Quis dignatur fercus intueri? Quod homo intueri horret, servare curat. Illud ergo, quod consumptum jam & abjectum videbatur, redit in pinguedinem terræ, pinguedo in succum, succus in radicem & quod de terra in radicem transit, invisibilibus accessibus migrat in robur, distribuitur per ramos, a ramis in germina, a germine in fructus & folia. Ecce, quod horrebatur! Ex quibus patet quam inaniter Magister pro se D. Augustinum citare conetur. Probat secundum: In homine, verbi gratia 30. annorum sunt plures partes carnis & quantitatis quam in puero, ut de se constat, sed has partes non potest acquirere, nisi per nutritionem; ergo aliquid alimenti transit in substantiam alibi.

VII.

Dices: Verum quidem esse, quod plures partes in homine sint quam in puero; verum tamen non spectant ad naturam, sed solum se habent ut fomentum. Contra: hoc implicat; nam partes illæ sunt tam bene animatæ, ac illæ, quæ a parentibus contractæ fuerunt; ergo tam bene spectant ad naturam sicut a parentibus contractæ, quod autem sint animatæ, patet ex illarum operationibus, vegetationis scilicet & sensationis, quod non esset, si non essent animatæ. Deinde, etiam facillime corrupterentur, prout fieri cernimus in aliis rebus inanimatis. Et si a Magistro queritur, quomodo ergo ossa, nervi &c. in tantam evaserint magnitudinem? Respondet, fieri per rarefactionem, quod mihi inconceptibile apparet, utpote cum rarefactione corpora extenuentur, ac debilitentur, adeoq; debiliora ossa haberet homo 30. annorum, quam infans trium. Attamen

VIII.

Explicatur
authoritas
Christi Do-
mini.

Magister opponit nobis illud Matthæi 15. Omne, quod intrat in os, in ventrem vadit & per secessum emittitur; ergo nihil de alimento in substantiam aliti convertitur, quandoque omne per secessum emittitur. Verum tamen respondeo ly omne dupliciter sumi potest, distributive & collective, si primo modo sumatur, quod idem erit ac de quolibet cibo in os intrante aliquid emittitur, concedo, si sumatur secundo modo pro qualibet scilicet parte cibi, nego. Ita expressè docet D. August. lib. de vera religione cap. 40.

Instari potest: Quælibet pars ejusdem cibi est homogenea cum alia, saltè ordinariè; ergo vel omnes convertet, vel nullas; non omnes autem convertit calor naturalis & potentia nutritiva, cum aliquæ per secessum vadant; ergo nullam. Sed respondeo negando consequentiam: ex antecedente solum sequitur, omnes convertibiles, non verò omnes converti, quod provenit ex debilitate caloris naturalis, qui non potest ita efficaciter agere & hoc patet inde, quod aliqui ex eodem cibo melius nutriantur & plus in se convertant, quam alii. Ratio autem, cur hæc convertatur & non alia pars alimenti, cum tamen omnes sint homogeneæ, æqualem habentes resistentiam, est, non

Omnes partes
sunt quid
convertibile
non tamen
omnes con-
vertuntur
propter de-
bilitatem
caloris natu-
ralis.

natura earum, sed major, vel minor approximatō & dispositio, potest namque evenire, ut una pars sit magis accommodata ad recipiendum actum potentie nutritivæ, quam alia.

Dico 2. Vivens toto tempore vitæ suæ nutritur, in quantum scilicet calor naturalis semper agit disponendo alimentum, ut convertatur in substantiam aliti, licet non nunquam convertatur internum partem. Ita D. Augustinus Con. 2. in Pf. 88. Similia est caro nostra Luna, quæ omni tempore, & omni mense patitur augmenta & decremēta. Serm. 121. Divers. cap. 11. Corpus nostrum quamdiu corruptibile est & moriturum, indigentiam patitur refectionis inde & fames existit. Propterea esurimus & sumus, & si esuriam sumus, nostram divinus distulerimus, quam potest corpus sustinere, perducitur ad tabificam maciem, & ad quandam morbidam exilitatem, descendit viribus & non succedentibus. Et si amplius fiat, etiam mors consequitur. Nam semper de corpore nostro descendit aliquid, quasi quodam fluvio descendens, sed inde non seminus vires descendentes, quia per refectionem sumimus succedentes. Et hæc Conclusio potest etiam clarè deduci ex S. Bernardo Episc. l. tom. 1. mih. fol. 6. & Apolog. de vit. & morib. Relig. cap. 8. Item tract. de grat. & lib. arbit. cap. 6. ubi expressè docet, cibum & potum, propter famem, sumenda & famem optimum esse condimentum, fames autem oritur et penuria alimenti, unde substantiam ipsam aggredditur. Audi eum ultimo loco citatum: Bonus est panis, sed esurienti. Potus delectat, sed sitienti. Deniq; saturato cibo potusq; jam nequaquam sunt grata, sed gravia. Tolle famem & panem non curabis. Tolle sitim & hymphidissimum fontem, ac si plaudis respicias. Probat etiam ratione de lenitate (quod in pueritia & juventute nutritio extra controversiam est) tum, quia est eadem ratio de ipsa, ac de aliis ætatibus; tum, quia in senibus manet aliquid caloris naturalis, licet non tantum, quantum in aliis; ergo semper aliquid in se convertet; tum, quia tam senes fame moriuntur, & sine cibo esse non possunt, ac juvenes; denique, quia non est assignabilis dies, mensis, annus, quando cessaret nutritio. Sed in contrarium

Arguitur: Si homines per omnem ætatem, etiam senectutem nutrentur, sequeretur eos nunquam morituros, nisi ab extrinseca causa agente & destruyente eos, ut gladio; sed hoc est falsum; ergo. Probat major: quia non est assignabilis ulla causa intrinseca mortis humanæ, nisi quia senes defectu nutrimenti paulatim deficiunt ob actionem caloris naturalis, sed si senes nutrentur, hic defectus non esset, ergo calor semper haberet aliquid novi, quod converteret & per consequens nunquam corrupteretur totam substantiam aliti. Respondeo negando majorem remissè probæ majore & negatâ minori. Ita D. Augustinus supra his verbis. Cum ergo portamus istam defectibilem injunctam vitam, cui et si cibum nunquam desit, sed subinde reparat vires, non tamen efficiunt, ut mors non sit futura. Tertio enim ille statum corporis per succedentes ætates, etiam si diutius hic vivatur, venit aliquando ad terminum senectutis & ultra, quo porriguntur, non inveniet nisi mortem. Nam & lucerna ipsa etiam si subinde semper nutritur oleum, non valet semper ardere, quia ut alium capiat

non extinguatur, ipsa stупpa deficit & quaedam quasi senectute consumitur. Itaque ratio etiam ex mente D. Augustini est, quare homo moriatur, licet etiam in senectute nutriatur, quia in senibus calor naturalis per continuam actionem & reactionem deficit, & sic non potest tantum convertere de alimento, quantum in juvenibus; unde invadit partes viventes, humidum radicale paulatim consumendo.

paritas; nam anima rationalis spiritualis est & indivisibilis, independens; à corpore, non sic animae materiales, quae divisibiliter informant subiectum, commensuranturque; juxta quantitatem & divisibilitatem subiecti, ita quod pars formae correspondeat parti subiecti, & tota forma toti subiecto; unde sicut nequit tota forma informare aliud totum subiectum, neque pars partem poterit, cum aequè pars dependeat à parte subiecti, sicut tota à toto subiecto.

Dices 2. Si acquireretur nova materiae & formae pars in nutritione, nunquam homo senesceret, quia semper carnem juvenem acquireret sed hoc dicendum non est: ergo, Respondeo negando sequelam; quia licet semper nova caro acquiratur, cum semper fluat & refluat, quia tamen calor naturalis ex continua actione debilitatur, hinc caro impurius generatur & ita senescit aliquis, ac in tantum debilitatur, ut non possit amplius convertere & resistere corrupti. Pro fine quaestionis

Quaeres primò: Quid sit fames & sitis, & unde oriatur? Respondeo famem esse divisionem ventriculi propter penuriam nutrimenti; sitim verò esse dolorem in oesophago & faucibus, ob penuriam potus & succi humidi. Oritur autem fames, quando in membris non est sufficiens sanguis; membra enim sugunt venas, venae hepar, hoc venas meseraicas & alias, quae ad stomachum pergunt, & haec ex stomacho extrahunt, quod in ipso reperiunt, unde ipse corrugatur & dolet, & quia ex defectu alimenti deficiunt spiritus vitales, hinc non tantum dolor in stomacho, sed in omnibus membris sentitur debilitas, quia praeterea potus animalis est necessarius, tum, ut concoctioni stomachi deserviat, tum, ut ariditatem membrorum, sanguinisque calorem mitiget, ideo quando succus deficit in membris, arescunt, oriturque similis contractio, sicut in fame, caufaturque dolor quidam in oesophago & faucibus. In illis verò, qui frequentius sitiunt, etiam si humoribus abundant, dici potest, quod tunc oriatur ex intemperie jecuris, vel; quia fauces & oesophagus abundat humore salso & acido.

Quaeres secundò: An quodlibet possit esse cuilibet viventi nutrimentum? Respondeo negativè ex D. Augustino supra contra Faustum & lib. 1. contra Crescon. 23, ac lib. 2. de moribus Manichaeorum cap. 8. dicente: Elaeborum alio modo cibum est, alio medicamentum, alio venenum. Oleum nostris corporibus commodum est, animalibus autem multum, quae sex pedes habens vehementer adversum. Panis hominem alit, Accipitrem necat. Et ratio est, quia non in omnibus sunt aequales dispositiones, formae & mixtiones, prout nec in omnibus aequalis est complexio. Sed

Quaeres tertio: Quomodo ergo fieri potest, ut quibusdam illud non noceat, sed proficit, quod aliis obesset & venenum, sic legitur de Mithridate apud Plinium, de quo Martialis lib. 5. sic canit:

Profecit potò Mithridates sapere veneno,
Toxica ne possent seva nocere sibi;
sic etiam contingit in his partibus usque nunc in pluribus

XIV. Caro impurius accretis facit quod homo non moriatur semper juvenis.

XV. Explicatur quid sit fames & sitis.

XVI. Non quodlibet potest esse cuilibet nutrimentum.

XVII. Quomodo venenum possit fieri nutrimentum.

XI. Instatur: Tum, quia si natus calor destrueret partes viventes, destrueret etiam seipsum, quia destruens subiectum sine quo esse non potest, destruit seipsum, nihil autem intendit sui destructionem. Tum, quia si calor naturalis causeret mortem, sequeretur ipsam non esse violentam, quia non esset ab extrinseco non conferente vim passio, ut est quodlibet violentum. Sed respondeo ad primum distinguendo sequelam, destrueret etiam seipsum per se & directè, nego; indirectè, concedo sequelam. Nam calor natus non intendit destrui subiectum, sed solum alimentum proximum in aliti substantiam convertere, quia autem ex hac actione sequitur semper corruptio partium, per accidens est calori sua destructio & indirectè intenta. Ad secundum respondeo negando sequelam, nam licet calor sit intrinsecus animalis viventi & ab eo causetur mors, ipsa tamen violenta est, quia non est juxta inclinationem viventi, sed contra; unde in definitione Philosophi violenti, particula extra non debet semper & praecise, ac veluti intrinseca ratio violenti constitutiva, sumi pro existente aliquo extra subiectum sed prout significat habitudinem ad subiectum secundum inclinationem, ita quod illud verè possit dici extra, quod est extra inclinationem.

XII. Dico 3. Quando forma viventi est divisibilis, in nutritione acquiritur tam nova pars materiae quam formae. Est Scoti cit.

XIII. Dices: Anima rationalis, licet non possit informare aliud subiectum adaequatum, potest tamen informare aliam partem: ergo licet sit inconveniens, ut forma tota se extendat ad informandum aliud subiectum totum, non erit tamen inconveniens, ut se extendat pars ad informandam aliam partem. Sed reverà nulla est



pluribus foeminis, quæ cretâ, carbonibus, muro, calce vivâ, imò arancis vescuntur, fervente earû appetitu, & his ac similibus oblectantur; & similia refert Albertus Magnus se vidisse Colonia. Respondeo similia vehementer nocere, & si superare possunt, & consuetudinem pluribus actibus inducere, eam facere, quod non nocent. Ita sentit D. Augustinus proximè citatus, ubi allatis verbis hæc subjungit. *Quædam facinorosa mulier Atheniensis, ut producit historia, venenum, quod certò modulò damnati ut moreverentur, hauriebant, paulatim sine ullo, vel leyi incommodo valetudinis effecit, ut biberet. Itaq; cum esset aliquando damnata, legitimam illam quantitatem veneni, quam consuetudine vicerat, accepit ut ceteri, nec ut ceteri extincta est. Unde hic valet vulgatum: Consuetudo est altera natura, quare secundum Hypocratem, qui continuò vescitur cibis non adeò bonis, meliùs ei prosunt, quàm boni inaffueti.* Itaque consuetudo debet paulatim introduci, cum quibusdam remediis ad initium adhibitis, sic enim stomachus in venenum agendo reparietur; venenum verò agendo, stomachum suis sensim afficiet qualitatibus, reddetq; sibi similem, simile autem in simile ut tale non agit. Potest hic infervire sexus vehemens appetitus & apprehensio, diversitas regionis, nationis, aeris, nam etiam Plutarchus dicit in Perside mala persica venenata esse, quæ tamen apud nos Europæos sapida sunt, ut canit Columella

*Quæbarbara Persis
Miserat, ut fama est, patrii armata
venenis,
Ambrosios præbent succos oblita nocendi.*

QUÆSTIO V.

An vivens toto tempore vitæ amaneat idem, & quomodo?

I.
Omnes partes fluunt & resurgunt.

Difficultatem hanc movet quæstio præcedens, nam quia ibi dixi viventis partes tam spermaticas, utpote quæ sunt ejusdem rationis, cum nutrimentalibus, & eodem modo, ac semper nutrimento indigent, quàm solidas, ut sunt ossa, ac nervi (contra Arriagam, asserentem ossa, postquam ad statum certum pervenerint, eorum poros claudi, ac consequenter non amplius sugere alimentum) fluere atque resfluere, nam par utrobique est ratio; & licet ossa multum exsiccantur, hoc tamen non probat, quin adhuc fluant, quàmvis non ita facile, ob majorem resistentiam, ut tam citò advertatur sicut in aliis partibus fluxibilibus, alioquin si post determinatum incrementi tempus non essent fluxibiles, essent diversæ rationis à seipsis, quando erant fluxibiles. Hinc itaque oritur difficultas, quæ nec Magistrum, nec Henricum premit, utpote cum prior absolutè, posterior quoad formam neget aliquid in nutritione acquiri, adeoque ratione formæ idem manet toto tempore, nobis tamen incumbit resolvere, quomodo possit idem vivens numero permanere, cum fortè omnes partes fluxerint, & aliæ refluverint, nec idem numero esse possit, nisi sint partes eadem numero, & maxime

hoc urget in anima vegetativa, & sensitiva, ubi dicebam, tam novam materiam, quàm novam formam acquiri. Ad quod

Dico primò: *Non bene salvatur identitas ejusdem viventis, quod idem numero sit, per æquivalentiam partium.* Est contra Joannem à S. Thoma, Pontium, &c. asserentes, licet in fine nulla pars viventis maneret, quæ fuit in principio, quia tamen hæc partium mutatio valde successiva fit, & per longum tempus, modò secundum unam, modò secundum alteram partem, & quia pars adgenita similis est parti corruptæ, idem censetur, prout solemus dicere eundem fluvium, quàmvis secundum partes varietur, & navis eadem dicitur, licet modò maris, cras temo, postea puppis, ac iterum tabula, post tabulam mutetur.

Probatur Conclusio: Quia qualiter manent partes in toto, taliter manent in parte, totum idem, quia sicut non dicitur totum, nisi propter partes, ita non dicitur idem totum, nisi per partes easdem; ergo si non manent partes, nisi per æquivalentiam, non manebit, nisi totum per æquivalentiam, & consequenter non idem numero, quod fuit in principio. Confirmatur: Quia alioquin non remaneret eadem accidentia numero, sed solum per æquivalentiam; quia non maneret idem substantium, quod tamen falsum esse patet, nam cicatrix graviter inflicta in aliqua parte, in principio vitæ, remanet eadem usque ad finem vitæ.

Dico secundò: *Identitas numerica ejusdem viventis toto tempore vitæ non potest melius salvari, quàm quod licet partes solidiores, & principales ex magna parte fluant, ex magna parte tamen manent.* Ita Maftrius, qui probat eodem d. 44. q. 1. M. ubi ait, multas partes fluere in vita hominis, & multas redire, ergo si patisset nullam partem manere eandem per totam vitam, non dixisset multas fluere, sed omnes: ergo si manent ratione illarum congruentiarum dicitur manere idem vivens toto tempore vitæ, quia hic modus bene, & nullus alius melius rem hanc explicat; ergo.

Dices: A partibus durioribus permanentibus non potest dici idem numero vivens, utpote quia longè pauciores sunt, quàm illæ, quæ fluxerunt, & refluverunt, & denominatio semper fit à majori & principaliori, qualia sunt membra fluentia, cor, hepar, & cerebrum similiter in planta plures sunt partes addite, quàm in instanti generationis habebat; ergo non poterit dici idem numero, sed debet dici omnino diversum. Respondeo, quàmvis in vivente non inveniatur tam perfecta unitas, sicut in spiritalibus, adhuc tamen est vera unitas, licet cum aliqua mutatione, neque ex hoc, quod longè plures partes fluentes, idè vivens diversum dici debet, nam principales plures sunt, ut nervi, ossa, cartilagine, cutis, cerebrum, quæ secundum plures partes manent, quàm fluentes minus principales, ut caro, quæ non ita principaliter ad conservationem viventis pertinet, quia plures homines inveniuntur quasi excarnes, non tamen exolci, vel sine nervis, idè fit ab istis denominatio, quia permanent, non

non verò ab illis. In plantis non nego, quin sit minor unitas, quam in aliis viventibus, quia etiam imperfectiori vivunt vitâ, quam cætera viventia, ex divisione enim plantarum duo numero diversa viventia fiunt, si ramus præscindatur, non sic in aliis viventibus. Denique non debet fieri comparatio inter vivens, ut est in principio genitum, & in fine vitæ, sic enim patet, quòd valdè excedat partes, sed comparari debet, ut est in fine vitæ, ad se ipsum in tempore augmenti, nam sic apparebit vivens in fine vitæ habere easdem ferè partes duriores, quas tempore incrementi acquisivit.

QUÆSTIO VI.

De Augmentatione, & Accretione.

Multipliciter Sumi potest augmentatio, primò enim sumitur pro quacunq[ue] mutatione, quomodocunq[ue] facta, in quocunq[ue] genere, sive per extensionem, sive per intensiorem, sive in quantitate sive in qualitate, quo sensu dicitur qualitas augeri, & homo crescere in virtutibus & vitiis. Secundo assumitur pro accretione & augmentatione, quæ corpora absque additione alicujus substantiæ propriæ augentur, & hæc propriè dicitur rarefactio, de qua quæstione sequenti. Tertiò sumitur pro actione, quæ corpora aliqua augentur per additionem alicujus substantiæ, quæ tamen additio fiat à causa extrinseca, ut cum aquæ superfunditur aqua, vinum vino, &c. Quartò denique, prout de ea nos hic agimus, quando vivens per principium intrinsecum alimenti conversivum augetur, ad quam plura solent concurrere, nam primò extenduntur partes viventis, quoad omnes dimensiones, per quam aperiuntur partium pori, quæ distensione facta egreditur ex venis capillaribus sanguis, ubi decoquitur, deinde fit conversio alimenti in substantiam aliti, quæ est nutritio, quartò fit acquisitio partialis quantitatis, & ultimò consequitur illa extensio ad majorem Locum occupandum, de quibus queritur, in quam actione consistat augmentatio, & quomodo à nutritione distinguatur? Quæ breviter, more solito, expediam. Unde

Dico 1. Accretio realiter distinguitur à nutritione, sive sumatur in ratione actionis, sive in ratione mutationis. Ita Scotus in 4. d. 44. q. 1. Estque clara mens D. Augustini Cath. 21. capite. Probatur ex Scoto cit. sub. lit. N. ubi ponit ipsas, quantum est ex se, separabiles, quia nutritio est solum propter imperfectionem ad restaurandum scilicet deperditum, ideò per accidens solum à natura intenditur, augmentatio verò est propter perfectionem acquirendam, debitam scilicet quantitatem cuicunq[ue] toti à natura determinatam, quæ adhuc esset, etsi non esset nutritio. In quacunq[ue] ergò, inquit Scotus, nutritione usque ad terminum augmentationis aliquid præcisè convertitur, propter nutritionem scilicet, ut restaretur illud, quod fluxit, aliquid autem propter augmentationem, scilicet ut acquiratur quantitas debita, etsi nihil fluxisset. Quare nutritio in ratione actionis est acquisitio novæ partis substantialis

in gratiam partis defluxæ, augmentatio verò in ratione actionis est productio partis novæ quantitatis in gratiam naturæ debitæ. Confirmatur: Quia termini utriusque realiter distinguuntur, nutritionis enim est substantia, augmentationis quantitas; ergò.

Opponitur Conclusioni Authoritas Aristotelis I. Gen. t. 41. dicentis: Different nutrimentum & augmentatio ratione. Nutrimentum augmentatiõni idem quid est; Tum ratio, sicut se habet quantitas totalis in substantia generata, ita se habet quantitas partialis respectu substantiæ partialis, sed quantitas totalis producit in generatione eadem actione, quæ producit substantiam sine nova mutatione; ergò & quantitas partialis in acquisitione substantiæ per nutritionem, adeoque augmentatio non distinguitur, sive in ratione mutationis, sive in ratione actionis à nutritione: Probatur minor; quia ideò non datur motus ad relationem, quia acquiritur relatio ex sola productione fundamenti & termini, ergò si quantitas acquiritur per acquisitionem substantiæ, non debet ad eam dari nova actio & mutatio. Verumtamen ad Aristotelem Respondeo, eum solum velle, quòd potentia nutritiva & augmentativa terminos suos accipiant ex eodem alimento, non verò quòd sint eadem actiones & mutationes, sed quia idem alimentum utrique inservit. Ad rationem Respondeo, negando minorem, quòd scilicet eadem actione producatur substantia & quantitas in generatione, quandoquidem enim quantitas est entitas realiter distincta à substantia, petit distincta actione fieri à substantia, & licet in generatione non sit distincta mutatio, non sequitur, quòd non sit in augmentatione, nam hoc non fit ex eo, quòd non sit terminus ibi præsens, potens terminare motum, sed ex eo, quòd quia subjectum seu compositum non præfuit tempore subprivatiõne, in augmentatione & est terminus distinctus & subjectum præfuit subprivatiõne ejus, quando scilicet vivens erat sub minori quantitate. Ad probationem dico, non esse idem de quantitate, & relatione, quia hæc est ens occasionatum à natura, per se non intentum, quantitas verò per se à natura intenditur, ut patet ex verbis Scoti supra relatis.

Dico 2. Augmentatio non consistit in extensione majori ad locum, sed in acquisitione partialis quantitatis, quæ vivens succedit à minori quantitate ad majorem virtute calorû naturalium.

Probatur prima pars: Ex Aristotele 5. Phys. afferente, augmentationem esse morum ad quantitatem; ergò augmentatio non consistit in extensione, sive terminetur ad locum, sive ad raritatem, cum nec locus, nec raritas ad prædicamentum quantitatis spectent. Confirmatur; nam extensio localis est effectus augmentationis; nam hæc causalis vera est: ideò vivens majorem occupat locum, quia est augmentatum, non verò ideò est augmentatum, quia majorem occupat locum, nam per rarefactionem majorem quis occupat locum, & tamen propriè, & verè non est augmentatus, unde si Aristoteles dicere videretur, prout 4. Phys. t. 63. ab adversariis citatur, tanquam afferens,

III. Obicitur Aristoteles

Et etiam ex ratione

Solvitur obiectio ex Aristotelis autoritate & ex ratione

IV. Augmentatio consistit in partiali acquisitione quantitatis.

I. Multipliciter sumitur augmentatio

Prout enim dicitur in augmentatiõne

II. Augmentatio distinguitur à nutritione

afferens, tam additionem quantitatis, quam extensionem, & rarefactionem esse augmentationem, intelligendus est de augmentatione in largiori acceptione.

Probatur secunda pars primò:

Ex eodem Aristotele 1. Gen. t. 31. & 41. & de anima. lib. 2. t. 47. ubi ait: *Est autem esse aliud alimento, & augmentativo, secundum enim quòd quantum quoddam est, augmentativum est, secundum autem hoc, quòd aliquid, est substantia alimentum.*

Probatur secundò: Quia quantitas verè potest per se terminare motum; ergò acquisitio quantitatis est verus motus ad illam; probatur antecedens; quia habet veram entitatem acquisibilem & contrarietatem sufficientem, ut possit causare successione, sicut enim latitudo spatii, & latitudo intensiva caloris sufficient, ut inter unum & aliud ubi, inter remissum calorem & intensum detur vera mutatio seu motus, ita latitudo, quæ inter majorem & minorem quantitatem adest, sufficiens erit ad causandum motum.

V.
Non destrui-
tur prior
quantitas.

Dico 3. *Augmentatio, ut est actio, consistit in productione partiali quantitatis, non totali, ita ut prior tota destruat, & nova totalis de novo producat. Est contra Gottfredum asserentem, præcedentem quantitatem corrumpi, & novam de novo produci.*

Probatur Conclusio primò:

Authoritate S. Augustini in Categ. cap. 21. *Quæ crescunt, aut minuuntur quantitate immutantur;* ergò nova pars quantitatis acquiritur.

Probatur secundò: Quantitas est subjectum immediatum omnium accidentium; ergò si ad acquisitionem novæ, destrueretur prior quantitas, omnia accidentia, vel deberent migrare de subjecto in subjectum, vel æquæ deberent mutari; primum falsum est, secundum contra experientiam; nam videmus accidentia illa manere in rarefactione quantitatis Eucharistiæ, nec ulla causa assignari potest, quæ illas quantitates caloris, saporis, &c. iterum reproducat. Denique ad appositionem unius guttæ aquæ deberet destrui tota maris quantitas, quod est falsum: ergò.

QUÆSTIO VII.

De Rarefactione & Condensatione.

I.
Introductio
ad quæstio-
nem VII.

Non est hic sermo de quacunque rarefactione, aut condensatione, ut quare ignis, aut aer sint rariore, quam ferrum? Certum enim est, hanc raritatem, aut densitatem habere ex natura intrinseca; nec est sermo de rarefactione in largiori acceptione, & tam sensibili, ac est rarefactio spongiæ, verbi gratiã, nam certum est illam rarefieri per ingressum corporis, in quo est, ut si est in aqua rarefit & extenditur ac dilatatur per ingressum aquæ, si in aère, per ejusdem aëris ingressum, sed queritur de rarefactione, ac condensatione, quando videmus corpus aliquod nunc majorem, nunc minorem occupare locum, & tamen sensui non apparet, quòd aliquid illi corpori addatur, aut dema-

tur, ut sit in aqua, dum in cacabo fervens majorem locum occupat, quam antè, & dum non est congelata majorem iterum, quam congelata, idem de butyro, cera, oleo, &c. quæ liquida majorem locum occupant, quam dura; queritur igitur, unde nam hoc proveniat, in quo diversæ, & intricate omnino sententiæ, quas omnes breviter, antequam meam sententiam proponam, prius refutabo; itaque

Dico 1. *Rarefactio non fit per admixtionem aliquarum vacuitatum in corpore rarefacto, & condensatio per expulsionem vacuitatum.* Est contra aliquos antiquiores, quorum placitum referunt Aristoteles 4. Phys. t. 83. Probatur: quia natura omnino abhorret vacuum, & mirabiliter operatur, ne illud admittat; ergò. Deinde videmus, quòd corpus secundum omnes partes rarefiat, sed vacuitates non recipiuntur in omnibus partibus; ergò non fit per receptionem vacuitatum. Patet major; tum, experientia aquæ fervescens; tum, quia alias non qualibet pars rarefacti esset rarefacta. Probatur etiam minor; quia in corpore rarefacto dantur partes solidæ, quæ non admittunt vacuitates, licet admittant porosa. Denique si alicujus continui partes per vacuitates inter illius partes receptas rarefierent, partes illi inter se discontinuarentur, & ita non esset amplius idem continuum, & idem totum, cum partes illius sint inter se sejunctæ, & separatae, cum tamen idem continuum tandem maneat, quamdiu durat partes unitæ.

Dico secundò: *Rarefactio non fit per extractionem partium corporis rarefacti, & condensatio per compenetrationem partium corporis condensati.* Est etiam contra aliquos antiquiores. Prima pars sequitur ex secunda, quæ probe probatur; omnes partes quantitatis sunt homogeneæ inter se, ergò si aliqua penetraret se invicem penetrare, poterunt omnes, & sic poterit maximum corpus ad minimum redigi partium, & consequenter si plures ejusdem corporis partes poterunt se invicem penetrare, debet etiam admitti totalis penetratio unius corporis cum alio, quod in primis mirum est Physiosophicum, nec Sacratissimæ Virginis honorificum, hinc etenim sequeretur, partem ejus miraculosum non fuisse, sed naturalem, licet fuerit facta corporum penetratio.

Dices, licet omnes partes quantitatis sint homogeneæ, non penetrare se invicem adæquatè, adeoque nihil esse contra honorem B. V. vel bonam Physiosophiam. Sed Contra: Pars illa, quæ inadæquatè penetratur, est inter aliam secundum illam particulam sui, in qua fit penetratio, sed secundum illud inadæquatè fit penetratio, & secundum quod fit penetratio, & secundum aliam, secundum quam non fit penetratio, est ejusdem rationis; ergò sicut penetrata fuit secundum unam, poterit & secundum aliam, adeoque non inadæquata sed adæquata esse penetratio, vel assignetur ratio, quare secundum partem A. potuit penetrari, & non secundum partem B.

Dico 3. *In rarefactione & condensatione non acquiritur nova qualitas ratione cujus corpus*

sunt rara vel densa. Est contra Amicum & Com-
plutenfes.

Probatur primò: **Authoritate D. Augustini** in Categ. cap. 21. ubi ait: *Qua cre-
sunt, aut imminuuntur, quantitate immutantur, non
commutantur qualitate.*

Probatur secundò: Ante acqui-
sitionem cujuscunq; qualitatis habetur in corpo-
re raro, vel denso effectus raritatis, vel den-
satis, scilicet, major vel minor extensio ipsius
corporis rari, vel densi, in ordine ad majorem,
vel minorem locum; ergò non datur raritas, &
densitas ut qualitates quædam, quarum effectus
fit extensio, vel restrictio, cum tales effectus an-
tecedant in corpore raro, vel denso quamlibet
qualitatem: Probatur Antecedens, quia quæ-
libet qualitas, ut qualitas, recipitur in subiecto
quanto, necessarioq; illud supponit cum omni-
bus suis partibus naturali modo existentibus;
ergò talis extensio, vel restrictio non est effe-
ctus illius qualitatis, nam qualitas talem exten-
sionem, vel restrictionem servat, qualem habet
subiectum recipiens illam. Confirmatur: Quia
occupatio loci non habetur formaliter per qua-
litatem; ergò nec occupatio major, vel minor
habebitur per qualitatem, quia per idem, per
quod inest alicui prædicatum simpliciter & ab-
solutè, per idem inest sibi tale prædicatum se-
cundum majoritatem vel minoritatem; nam
quia pariter simpliciter inest per albedinem esse
album, ita tale prædicatum solum per albedi-
nem inest secundum majoritatem, vel minori-
tatem; ergò si corpori quanto antecederet ad
quamlibet qualitatem inest hoc prædicatum
esse extensum in ordine ad locum, pariter in-
erit sibi secundum majoritatem, vel minori-
tatem omninò independentem à qualitate.

VI. *Non destrui-
tur prior
quantitas.*
Dico 4. *Rarefactio non fit per destructio-
nem prioris quantitatis, & acquisitionem majoris no-
væ.* Est contra Gottfredum.

Probatur: Illa major quantitas produ-
ceretur in subiecto prioris quantitatis; ergò
subiectum non esset per eam magis extensum:
probatur consequentia; quia quantitas non dat
extensionem, nisi juxta extensionem subiecti.
Deinde: accidens absolutum non destruitur, nisi
per destructionem subiecti, aut per inductio-
nem formæ contrariæ, aut amotionem causæ
conservatiæ ejus, sed nihil horum invenitur in
præposito; ergò prior quantitas non destrui-
tur, & alia totaliter inducitur.

VII. **Godtfredus** dicit: duæ quantitates
non possunt subiectari in eodem subiecto; ergò
ut major acquiratur, prior debet destrui, verum
supponit falsum, non enim quantitas adveniens
subiectatur in eodem subiecto, sed in alio, ut in-
frà Conclus. sextâ videbimus.

VIII. *Non fit per
extensionem.*
Dico 5. *Rarefactio non fit sine nova quanti-
tate per novam extensionem, quæ extensio est novus
modus quantitativus.* Est contra Ruvium, &c.

Probatur: Quia ex hoc sequeretur,
quòd non possemus colligere aliquid habere
majorem quantitatem, ex eo, quòd majorem
occuparet locum, sed hoc est inconveniens se-
cundum **E. Amundis Hermann Physica.**

cundum omnes; ergò. Probatur sequela; Quia
secundum Adversarios potest aliquid ex duo-
bus æqualis quantitatis occupare majorem lo-
cum, quàm occuparet alterum per additionem
novi modi quantitativi; ergò.

Dico 6. *Rarefactio fit per receptionem sen-
sibilem corpusculorum intra poros rei rarefactæ, con-
densatio autem per egressum horum corpusculorum,
& compressionem insensibilem rei condensatæ.* Est
conformis menti Scoti in 4. d. 12. q. 4. quam-
vis ibi nihil definitivè asseruisse probetur ex
aliis locis. Est etiam Oechami & Nominalium,
quos sequitur Arriaga & plures Scottistæ.

Probatur primò, ex sufficienti refu-
tatione aliarum sententiarum. Secundò; quia
sententia hæc optimè, & nulla melius salvar dif-
ficultates, quæ in aliis sententiis occurrunt, nam
imprimis optimè salvatur difficultas illa omni-
bus communis, quòd non videatur, quomodo
corpus modò majorem, modò minorem occu-
pet locum, nisi vel admittantur vacuitates, vel
penetratio, nam ante rarefactionem partes cor-
poris erant continuæ (dicit difficultas) ergò
quòd postea magis distent, debet dici, vel
quòd inter partes illas dentur vacuitates, vel
quòd antea fuerint magis continuæ & penetra-
tæ, hoc optimè, inquam, salvatur, dicendo cor-
pus rarefactum non occupare majorem locum,
neque plures spatii partes, sed partes corporis
rarefacti esse magis distantes inter se, quarum
distantia repletur & suppletur ab aliis cor-
pusculis occupantibus spatium interjacens.

Secundò, statim in hac sententia as-
signatur corpus, quod occupat spatium reli-
ctum à corpore raro factum densum, corpuscu-
la enim ab illo expulsa in locum relictum suc-
cedunt. Tertiò assignatur ratio congruentissi-
ma à nobis, cur corpora calida rarefiantur, den-
sentur frigida, nam calor poros aperit, ut cor-
puscula ingredientur, frigus verò poros restrin-
git & claudit, claudendoque aditum aliis im-
pedit & priora excludit.

Probatur Conclusio tertiò
positivâ ratione: Per illud fit rarefactio, per
quod potest res occupare majorem locum, sed
hoc solum potest per interpositionem corpus-
culorum; ergò. Probatur minor, quia major
extensio non potest haberi connaturaliter, nisi
per novam quantitatem, & quantitas non po-
test haberi sine novo subiecto; ergò major ex-
tensio localis non potest haberi, nisi per inter-
positionem corpusculorum, consequentia patet,
quia per corpusculum nihil aliud intelligo,
quàm rem affectam quantitate.

Arguitur in Contrâ primò:
Ex Mysterio sanctissimæ Eucharistiæ, cujus
species rarefiunt & condensantur, sed hoc ne-
quit fieri per corpuscula; ergò. Probatur mi-
nor; alioquin ibi non esset sola substantia Cor-
poris Christi, quod est contra Patres & Conci-
lia præsertim Tridentinum Sess. 13. ubi defi-
nit, totam substantiam vini converti in sangui-
nem, manentibus tantum ejus speciebus, ergò.
Respondeo negando minorem, ad Patres &
Concilia dico, nihil aliud voluisse, quàm quòd
post consecrationem non maneat substantia
panis

IX.
*Rarefactio
fit per ingres-
sum corpus-
culorum.*

*Probatur
Conclusio se-
cundâ.*

*Probatur
tertiò.*

*Patres non
dicunt nullam
esse corpora
in Eucharis-
tia, sed nihil
de substantia
panis.*

panis & vini, sed sola accidentia ipsorum; non verò, quòd non possit ibi manere alia substantia, si esset inter mixta, quæ non est materia consecrationis, ut si in hostia esset pars carbonis, aut festucae, certum est, quòd ista manerent in substantia sua post consecrationem, sicut si post consecrationem caderet festuca aliqua, aut liquor aliquis in sanguinem, certè manebit ibi secundum substantiam suam, manente verè Sacramento; quare ergò non possit manere tota ratio hujus sacramenti advenientibus de novo illis corpusculis?

XI.

Quid intelligatur per parum materiae & multum quantitatis.

Opponitur secundò *Authoritas Aristotelis asserentis, rarum esse, quod habet multum quantitatis & parum materiae, densum verò quod habet multum materiae & parum quantitatis*; ergò quando aliquid fit rarum, acquirit plus quantitatis, quàm materiae, consequenter rarefactio fit per solum adventum quantitatis, & non materiae corpusculorum. Respondeo Philosophum sic esse intelligendum, quòd rarum sit illud, quod habet multum quantitatis & parum materiae, id est, propriae substantiae, densum verò quòd habet parum quantitatis, id est extensionis & multum materiae, id est extensibilis, per interpositionem corpusculorum.

Instatur: Sicut corpus rarum propter admixtionem corpusculorum dicitur habere plus quantitatis, ita etiam debet dici, habere plus materiae, cum non sit ratio, quare accipiat denominationem majoritatis à quantitate corpusculorum, & non ab eorum etiam materia; ergò nulla solutio. Sed respondeo negando Antecedens, ad probationem dico majorem rationem esse de quantitate, quàm de materia, quia hæc corpori nihil confert, quantitas verò eidem tribuit majorem extensionem, quàm antea & sic aliquomodo potest dici sua.

Urgetur: Licet hoc modo salvetur multum quantitatis in rarefactione, non potest tamen hoc modo salvari in condensatione parum quantitatis & multum materiae, cum ad minus tantam debeat habere quantitatem, quantam materia exigit & quanta est, ergò non salvatur difficultas. Attamen respondeo distinguendo Antecedens, pro secunda parte; in condensatione parum quantitatis &c. in consideratione

quantitatis, quàm antea habuit, aut per rarefactionem habere poterit, nego Antecedens, sine tali consideratione, concedo Antecedens & nego consequentiam.

Arguitur 3. Ab experientia, quæ videmus vas obturatum plenum aqua rumpi, si per frigus condensetur, ne detur vacuum; sed hoc esset falsum, si consideratio fieret per egressum corpusculorum; ergò. Probatur minor, quia illa corpuscula possent egrediendo occupare locum ab aqua relictum, adeoq; non esset necessarium, ut vas frangeretur, ad evitandum vacuum. Respondeo negando Majorem pro parte secunda; nam vas in tali casu non rumpitur ad impediendum vacuum, quod ex eo patet, nam etiam frequenter vasa frigore rumpuntur, etiamsi non sint obturata. Secundò, quia alia statim deberet frangi quàm primum superior pars congelatur, quod tamen non contingit. Tertio, si hoc esset ad impediendum vacuum, potius deberet impedire, ne congeletur. Ratio itaque, quare vas cum aqua congelata rumpatur (quod tamen non contingit in oleo & butyro congelatis) est, quia agentia condensationis aquam habent vim comprimendi partes vas, ex quo oritur, quòd rumpatur.

Quartò denique Arguitur; tum ex eo, quòd si rarefactio fieret per ingressum corpusculorum, accidentia ejus deberent sentiri, tum, quia sicut aqua potest rarefieri per ingressum corpusculorum, possent & ipsa corpuscula per alia rarefieri, & sic in infinitum, qui processus quàm maxime ab omnibus horretur. Sed respondeo ad primum, negando Antecedens; nam nec percipimus frequenter accidentia aëris, & tamen nullus ea denegat; multa itaq; per rationem admittere debemus, quæ per sensum non experimur. Ad secundum dico, quòd licet concederetur, aliquid corpuscula per alia iterum rarefieri posse, ex hoc tamen non sequitur processus in infinitum; quia quando devenietur ad tam exiguum corpusculum, ut non possit poros habere, in quibus recipereant alia corpuscula, ibi dabitur propter exiguitatem ipsorum status.

Amen.

